ANONYMI
PHILALETHI EVSEBIANI IN vitas, miracula, passionesq; Apostolorum Rhapsodiæ.

¶ Antehac typis haudquaquàm excusæ.

ANNO M. D. XXXI.

RHAPSODIAE IN VITAM, passionem,& miracula.

Petri& Pauli,	Fol.I.
Andreæ.	IX.
Iacobi fratris Iohan.	XXVII.
Iohannis Euang.	XXIX.
Thomæ.	XLI.
Bartholomæi.	LII.
Iacobi fratris dñi.	LVII.
Philippi.	LIX.
Matthæi.	LX.
Symonis& Iudæ.	LXVI.
Barnabæ.	LXXIII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, CLARISSIMO principi ac domino, D. Vvilhelmo Argentinensium Episcopo, & reuerendissimi in Chr̃o patris, Illustrissimiq; principis ac dñi, D. Alberti Brandeburgeñ. Card. Archiepiscopi Moguntineñ. & Magdeburgeñ. &c. in ecclesia Mogũtina coadiutori, &c. Alsatiæ Lantgrauio ampliss. & digniss. Fridericus Nausea salutẽ.

SI non prorsus clàm est, reuerendissime pater ac dñe clemẽtissime, Mosen illũ sapientiss. deo (q̃d credi par est) authore, vel eã ob rẽ Enochi, Noeui, Abrahami, Isaaci, Iacob, Iosue, Gedeonis, Sãpsonis, Dauidis & id genus ducũ, satraparũq; illustriũ vitas, eorũdẽq; res p̃clare gestas memoriæ prodidisse, simulq; lectui exhibuisse, cũ, ne post alia, q̃ trãseo, posteri forẽt ingrati, si vel obliuioni traderẽt, vel vt indignos negligerẽt p q̃s profecissent, tum, vt ijdẽ per reꝝ ab illis gloriose gestaꝝ memoriã sibi ad bñ, beateq; viuendũ cõsulerẽt (solẽt em̃ pleriq; oẽs recordatione virtutũ maioꝝ ad easdẽ virtutes perq̃ vehemẽter accẽdi) profecto diu multũq; nec sine summa animi molestia ceu rẽ dictu & auditu prorsus indignã hac p̃sertim tẽpestate demiratus sum, q̃d passim tam apud nõ paꝝ multos in obliuionẽ abeunt, quoꝝ in primis haud solũ meminisse, sed & eos magnopere nobis honorari oportuit. Qd̃ sane genus sunt, q̃s sibi rex regũ & dñs dñantiũ, Chrũs Iesus ex hoc mũdo p̃cipuos elegit ac nouo quodã electiõis priuilegio à prouincia, quã ipsi obituri erãt, apl'os noĩauit, p q̃s vniuersum orbẽ ad philosophiã euangelicã innouaturus erat.

¶ Iam vero, pientissime p̃sul, si Moses recte (q̃d cõstat) p̃claros illos patriarchas vel ideo censuit ab obliuionis iniuria scripturæ suffragio vindicãdos, vt sic posteritas grata foret eis, per q̃s aliqñ profecisset, si pro virtute ipsis memoriam redderet honorificam, eandemq; immortalem, & vt præclaris illorum exemplis

49

ad virtutem proficeret, quàm (obsecro) longe iustius hanc ipsam sempiternã memoriã summi regũ legatis detulerimus, qui illis in veteri testamento patriarchis tam facile in vtraq; causa præstant q̃ veritas vmbras? In primis eñ hi sunt, per quos nõ possumus nos non profecisse multò maximè palam confiteri, quando nos illi in Christo Iesu per Euangeliũ partim genuerint, partim nõ sine summo labore parturiuerint, nosq; modis oñibus haud pro suo arbitratu, sed ad cõmodũ nostrũ, in hoc, vt ipartirẽt nobis sanctimoniã cœlo dignã, erudierint, imò quor̃ vel solo beneficio adepti verã fidẽ (qua iusti viuunt, & quã ipsi nobis toto terrar̃ orbe & in fines orbis terræ ex serio Maximi sui adeoq; omniũ nostri regis mandato, & quidẽ non absq; suor̃ capitum periculo iuxta constanter atq; fortiter prædicarũt) vitã viuimus posthacq; demũ victuri sumus non temporariã, non vanam, nõ caducam, non transitoriã, non deniq; hoc genus quamlibet, sed plane æternam, nullo videlicet intermorituram momento.

¶ Deinde, quos arbitremur eẽ nobis vel tutius vel rectius vel vtilius ad bene beateq; viuendũ per oĩa imitãdos q̃ eosdẽ Apostolos? quum ipsi tam in oñi virtutum genere præ cæteris illustrati & imitatione digni splẽduerint, vt à dño virtutũ & gloriæ habiti sint & verissima nimir̃ nomenclatura dici cœperint lux adeoq; lucerna mũdi, qm̃ sua cõuersatione doctrinaq; sancta sic lucerẽt ad imitationẽ corã hoĩbus, vt hi viderẽt bona ipsor̃ opa & imitatores glorificarẽt patrẽ in cœlis. Atq; hinc est, q̃ doctor ille Tarsensis eor̃ monet, simus imitatores, q̃ nobis sermonẽ dei locuti sunt. Cuiusmodi citra cõtrouersiã existimauerimus apl'os illos duodecim, qbus p̃cipue dñm dixisse cõstat, vt in mũdũ vniuersum ꝓficiscerent, p̃dicaturi euãgeliũ vniuersis orbis natõibus Id q̃d illi tã vndecũq; pfecere, vt iã olim spũs sanct⁹ testimoniũ eis dederit oñi, q̃d dici solet, exceptione maius p Prophetã, inquiens: In omnem terrã exiuit sonus eor̃, & in fines orbis terræ verba eor̃. Quũ proinde res sic habet, satis admirari nequeo, q̃d illi vsqueadeo passim in obliuionẽ venerint, quor̃ memoria nobis debuerit esse propter gratitudinẽ & vtilitatẽ tam immortalis q̃ sacrosancta? Admiratus tum aliquãdiu, sensi tandẽ id ferme apud plerosq; oñes criminis haud aliunde q̃ ex penuria fide dignor̃ de eis libror̃ suboriri. Quandoquidẽ in hoc vel maxime cõparent libri, vt eor̃ vsu memorię fulciat æternitas, ab omniq; obliuiõnis iniuria res memoratu digne vindicent. In his p̃terea & in diuinis p̃sertim hypothecæ & p̃cepta viuẽdi tradunt & bea

tor̃

toꝝ viroꝝ vitæ ac exempla conſcripta reperiunt, quę tanq̃ imagines quędā viuę ad imitationē bonoꝝ operꝝ nobis proponunt & quidē multo (ni fallor) vehemētius & cōmodius, q̃ in figuris illis & imaginibus cereis olim appēdi ſolitis. Quas cū intuerent, dicebāt. Q. Maximus. P. Scipio, p̄terea alij Rhomanæ ciuitatis p̄clari viri vehemētiſſime ſibi animū ad virtutē accēdi, & eā vtiq; flammā egregijs viris memoria dūtaxat reꝝ geſtaꝝ in pectore creſcere, neq; prius ſedari q̃ virtus eoꝝ famā atq; gloriā adęquarit. Quàm ſane vim longe certius eſt animaduertere in libris de illuſtribus ſanctimonia viris, in quibus tam vident nobis eiuſmodi viri præclari nō mō ſpirare & viuere, ſed & efficaciter colloq vt quū ſolus inibi quondā verſaret P. Scipio Aphricanus diceret ſe minus ſolum eſſe q̃ cū ſolus eſſet, vtpote quodā modo cum viris illis colloquens, quoꝝ illic pręclara geſta vehementius recenſebant. Sed qui vnq̃ fuere Ieſu Chriſti Apoſtolis in nouo teſtamento re vera patriarchis illuſtriores, & quorum quàm illorum geſta præclariora?

¶ Sunt em̄ ipſi procul dubio illi, quos principes terrę glorioſos digno pinde elogio Catholica vocat eccleſia, vt quos rex ille ſummus & oīpotēs ſup oēm terrā principes cōſtituerit, quorūq; principatus vel ideo nimis cōfortatus ſit, qm̄ ſupra quàm dici p̄t fortes dei armaturā & iuſtitiæ thoracē induti, lūbosq; per veritatē balthęo circūcincti & galea ſalutis p̄muniti gladio ſpūs aduerſum prīcipatus, ptātes, mūdiq; dn̄os, & huius ſeculi rectores ita depugnarint, vt interim q̃q; regna lōge ampliſſima & potētiſſima expugnauerīt, ora leonū occluſerīt, vim ignis extiterīt, acies gladij effugerīt & validi ex ībecillitate facti & effecti in bello robuſti, incurſiōes exteroꝝ auerterint, vt q occupata p eos etiānū Græcia Neronis quoq; vrbē & aulā nō ſolū ſed & vniuerſas Rhomani imperij ꝓuincias, imò Gades & Indos, Aphros & Scythas, & penitus toto diuiſos orbe Britānos, & inuaſerint & ditioni Ieſu Chr̄i regum regis victorioſe adiecerint, vtcūq; interea aduerſum eos (q̃d dudū dominus prophetarū fore p̄dixerat) totus mūdus coorirer om̄ibus ſuis p̄ſidijs p Iudeos p̄textu religionis aduerſus om̄is religionis fontē pugnantes, p philoſophos om̄i doctrinæ genere pollentes, p ſopiſtas diſputandi ptinacia inuictos, p rhetores eloquentes viribus admirabiles, p tyrannos om̄i genere ſæuitiaꝝ armatos, p reges, præſides, magiſtratus, p Magos ac præſtigiaꝝ artifices, per dæmones huius mūdi dominos. Quos illi tñ om̄es tumultus, velut inundans maloꝝ oceanū gla-

dio ſpiritus exceperunt, ſuſtinuerũt, præruperunt, deuicerũtq;. Cuius ſanè rei fidẽ facit multo maximã liber hic paulopoſt ſubſequens. Quẽ ipſi nuper titulo Rhapſodiæ Anonymi Philaleti Euſebiani, characteribus ſanè pluſquàm vetuſtis inſcriptum, diſcuſſis p nos multis & his quidẽ antiquiſſimis bibliothecis, opa tandẽ Vdalrici Griſęi, amici nõ vulgaris ex libraria ſatis puluerulenta erutũ, & à blattis tineisq; vindicatũ ſyncero nimiæ erga diuos illos Apoſtolos zelo, cũ propter noſtrã debitã in eoſdẽ gratitudinẽ, tum propter ſummã ipſius libri ad omẽs indubie puenturam vtilitatem multis excuſum exemplaribus haud abſq; dextimoꝝ virorꝝ iudicio ædendum cenſuimus.

¶Siquidẽ hic in primis liber agit, ne glorioſi illi Apoſtoli, per quos totus mũdus tantopere profecit, in obliuionẽ abeãt, q̃d ſit grãde piaculũ idemq; prorſus execrandũ. Deinde q̃d is etiamnũ liber probę fidei clogio tam penè neceſſario q̃ pulchrè nos doceat, q̃d principes illi glorioſi (Apoſtolos dico) paſſi ſint, qua hilaritate quave conſtãtia immania ſupplicia, de qbus dudũ diuini illi vates prophetarant, pertulerint, quid Imp. & horꝝ præſides contra noſtram religionẽ & fidem ſint moliti, impedituri progreſſum Chriſtianiſmi, non ſolũ ædictis crudeliſſimis, ſed & pœnis, ſupra quam vel dici vel audiri queat, ſæuis & horrendis. Poſtremo, quoniã magni ſit idem momenti, quũ non falſo, ſed vere nec dubia fide doceat q̃d poſt Chriſtũ ipm in eccleſia ſit actũ ab Apoſtolis. quoꝝ hic non ſolum nobis geſta lectu digna & iucunda narret, verumetiam verba & acta plane ſacro ſancta nobis non ſecus atq; viuas quaſdã Apoſtolorꝝ ſtatuas proponunt, vnde pleriq; omẽs fidei, ſpei, & charitatis, atq; hoc genus virtutum iter ſint inuenturi. Id quod haudquaq̃ difficile cognoſcent qui cum iudicio quicquid hoc eſt libri pellegerint. Quod & facere debuerint. Quum eñ hanc ob cauſam (ni fallor) potiſſimũ hactenus & auide à noſtris Thucydides, Dionyſius Halicarnaſſæus, Xenophon, Plutarchus, T. Liuius Patauinus, Saluſtius, Plinius, Suetonius, L. Florus, Valerius Maximus, & hoc genus alij, & quidẽ prophani, nec abſq; periculo legunt, quur inter Eccleſiaſticos non vel præcipue legi debeat in ſimili penè ſcriptionis genere Euſebianus ille noſter in hoc præſertim libro: quem ille in Apoſtolorum vitas, miracula, martyria q̃, & in eorundem virtutis præconia, nobis vero ad imitationis gloriam atq; formam ſermone prorſus Eccleſiaſtico triuiali & ſcholaſtico, nulloq; ſtili apparatu, nec adfectato, ſed facili & preſſo, ſic partim è

Græcis

Græcis transtulit, partim e Latinis coliegit & congessit, vt nihil inibi, quod teneras & castas aures offendere possit facile comperias, nihil quod ad vitia persuadeat, aut à veræ religionis cultu quenq̃ auocet, verũ quod hic est ad pietatẽ, castitatẽ, fortitudinem, prudentiam, modestiã, virtutesq; reliquas longe pijssimas quasi quibusdam facibus per Apostolica exempla legẽtium animos ita accendit, vt admirandæ sit ad persuadendum efficaciæ. Atq; ideo futuros haud censuerim, qui posthac vel tantillum in diuorũ apostolorũ vitis, miraculis, passionibusq;, merito sint desideraturi, qui tam alioqui frigidiusculæ diuina amant, vt si forte in Agiographam historiam inciderint, de ea, vt de Nilo canes, bibant & fugiant.

¶ Nec interim te vel quemlibet aliũ moueat nominis authoris obscuritas, quæ vel nomẽ ipm adfingere videat, verũ sufficiat, eum vere appellari posse φιλαλήθη veri amatorem, quandoquidem nihil recẽseat, quod à vero alienũ esse possit, imò qd ecclesia, veritatis columna multis iam seculis suo diuturno vsu toto quidem orbe non comprobet. Nec insuper huiusce libri author maledici cœpit Eusebianus, quoniam sic, quod habet ex grauissimo authore Eusebio recepit, vt suum Vergilius ex Homero, Cicero ex Chrysippo & hoc genus alij ex alijs, quod habent, receperunt, veluti bona fide reddidimus in nostris ad illũ adnotamentis. Insuper quatenus refert, sit ne hic liber huius vel illius vel alterius authoris cuiuspiam, quum vel vulgo dici soleat. Non qs dicat, sed quid dicatur attendi oportere? Nunc autem & hoc facit ad rem, quod non continetur hoc libro quicquàm, cui non libenter accedat humana pietas, quodq; iudicio Catholicæ Ecclesiæ, quæ veritatis est columna, nõ adamussim congruat. Nec itẽ moueat, quod non desint, qui fortasse subsannabunt quædam inibi minutiora, quasi indigna illis, de quibus narrantur, ceu sunt miracula, quæ fidem non sint apud omnes inuentura. Siquidẽ primum illis obiecerim, dictum Christi Iesu: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Præterea si qui ita perrexerint, miraculis oggannientes, haud procul aberit, quin etiam negligant prodigia, quæ apud Pharaonem Moses (Deo authore) operatus est. Demum respondeant, quomodo Sampson in maxilla asini mille viros interfecerit, & hoc genus alia, quæ de Sampsone literis prodita sunt, credant? Quod sane genus sexcenta vel multo plura, tam in vetere quàm nouo testamento quæ impij facile corro

dunt &

dunt & cauillãt, memoriæ prodita legunt. Quũ nec hodiernis q· dẽ tẽporibus desideret insipiens, qui dicere audeat. Nõ est deus. Sed qd hac de re multis? Quãdo sola charitas oĩa credat, nec quic q̃ in malã vertit partẽ. Atq; hinc est, q̃d qui ab hac (hisce p̃sertim tpibus) exciderũt, optima q̃q; siniſtræ interpretent: alieniſſimi .ſ. à veteribus illis Chriſtianis, q̃s ea fuiſſe in Chriſtũ gratitudine & obſeruãtia cõperimus, vt quicqd vſpiã benæ rei accideret vel noxiæ auferret, id cœleſti numini & creatori nõ creaturæ ſtatim tribuerẽt, p ſanctos viros, velut organa quædã (vt ſunt) operãti. Quos piã ſane ſimplicitatẽ multo magis probauerim, q̃ curioſam quorundã vafriciẽ, q naturæ plurimũ, diuinæ vero prouidẽtiæ minimũ tribuũt: iniurq̃ deo Opt. Max. aliàs p prophetã loquẽte: Ego dñs, & nõ est alter, formãs lucẽ & creans tenebras, faciens pacẽ & creans malũ. Ego dñs faciens hæc oĩa. Et propheta quidã: Si erit malũ (inqt) in ciuitate, q̃d dñs nõ fecerit? Id q̃d credi par est etiãnũ de ijs, q̃ venerabilis Anonymus, aut ſi qs est alius in hoc ſuo in apl'or; vitas, miracula & paſſiões prodigioſius enarrat, libro. Cui propterea poſt reſtitutã inibi pia p nos diligentia orthographiã, poſtq; ſublata inde, q̃ propter vetuſtatẽ acciderant, mẽda & ſi qua fuere hoc genus operis indiga paſſim reparata, nõ indiligẽter nra ad marginẽ gloſſemata & adnotamẽta vice ſcholior; ſic adiecimus, vt pene loco cõmentariolor; eſſe poſſint: vt q loca ſcripturar;, q̃bus hic paſſim liber cõmunit, itemq; author;, vnde cõq̃citur excerptus, ſnĩas attulerimus, interim ad noſtrã quoq; adfirmandã ſententiã nõ cõtemnẽdos ſcriptores citantes & loca vnde notatu ſcituq; digna deſumpſimus, ſilentio haudquaq̃ tranſeuntes.

¶ Quũ vero pientiſſime princeps, circũſpicerẽ, cui hãc noſtrã vnà cũ Philaletho operã ex nõ illaudato more dicarẽ & multi occurrerẽt, q ea dignarent, & in primis poſt ingenioſiſſimũ illũ Fabrũ, Epm Vienen. & Neapolitanæ in Auſtria eccleſiæ adminiſtratorẽ, &c. ſtudior; noſtro nimir; tpe Męcenatẽ facile celeberrimũ Reuerẽdus in Chriſto pr̃. D. Iohãnes Abbas. S. Iacobi Moguntinen. plane ſuſcipiendus, ipſe tũ inter oẽs vnice ſubĩſti, cui vel primitias & decimas de meis in vinea dñi Sabaoth fructibus iure cõſecraturus eſſem. Qui me anno ab hinc. VI. primus ĩ eandẽ vineã (deo ſic diſponẽte) hera vtcũq;. XI. delegiſti & locaſti, vt ſub hęc dubia & nouiſſima tpa fructus inde apoſtolicos adeoq; gloriã & decorẽ dño adferrem: huic inclytæ eccleſiæ tũ ſupra modũ periclitãti meis ad eã concionibus pro virili, duce deo, ad-

futurus.

futurus. Vt interea fileã, qua me præ alijs gra & bñuolẽtia profe quutus es, authoritatẽ mihi apud oẽs cõparaturus. Obstat autẽ verecũdia, quo minus percenseã, quo me apud principes viros te stimonio ornaris, vt amore recti, amore Christianæ reip. priscis illis ac ijs qdẽ catholicis Ecclesiasticis æquaueris: merito necné, decernere nõ audeo, tũ qp nõ alius sim (vt sæpius fatear) q̃ Saul inter prophetas, tũ qa nephas sit adfirmatiõi tuæ derogare, & one rosum, cõfiteri vera esse, q̃ de me indigno homuntione, p̃sertim tã magnifica, dixisti. Ipse tñ dignus esses, q eum foueres, quo de posses ista p̃dicare. Sed alibi fusius. Insup belle admodũ cõuenire videbat, vt librũ plane apostolicũ tibi vel vni dicarẽ, qui tot vndecũqꝫ dotibus apostolicis effulges, vt in sui illæ admirationẽ præter plebẽ Max. Imp. & reges potenter trahant.

¶ Nec est, reuerẽdissime dñe, vt in hac nostra perorata iã demũ p̃fatione eaꝝ tuaꝝ dotiũ laudes recensere tentem, partim qp singularis illa tua modestia nihil minus ferre soleat q̃ laudes etiã modestissimas, partim, qp eas tã multitudine q̃ magnitudine non modo cõplecti dicendo, sed & percẽsere numerãdo nõ suffecerim, vt quæ eiusmodi sunt, vt vnaquæqꝫ suũ desideret oratorem. Vt aũt transeam tuã illã familiam toto orbe celebratam & tanta originis vetustate refertam, & aulam illam diui Berthol di, Reuerendissimi quondã se. re. Moguntini Archiepiscopi omnium longe laudatissimi &c. consanguinei tui nunquam pœnitendi, in qua educatus & institutus, in qua ad honores & dignitates prouectus es fileam, qui possim ex meritis enarrare, commendare éqꝫ tuas illas p̃claríssimas virtutes & magno nimirum principe dignas, quibus sine vlla controuersia cum omnibus & eorũ qui longe maximi habentur & admiranda animi sapientia, inuiolata vitæ innocentia, stupenda consilij magnitudine, moderata naturæ liberalitate, eximia doctrinæ excellentia, omnigena rerum scientia, deuota religionis obseruantia, magnanima fi dei constantia & omni præterea laudis genere tam comparandus es quàm vel in hoc eos longe vel æques vel superes, quod illas ipse virtutes tuas nullo vitiorum confinio læseris, cui sic conformis concordia & vnisonus omnium laudum, omnisqꝫ gloriæ contigit, vt tuæ nihil sæueritati hilaritate, nihil grauitati columbina simplicitate, nihil sapientiæ serpentina prudentia & è diuerso detrahatur.

¶ Atqꝫ hoc est, qp admirabiles illæ tuæ, eædẽqꝫ apostolicæ virtutes, sic p̃ter plebẽ potẽter in sui admirationẽ attraxerũt Max.

Pont. Imp. & reges, vt eorũ suasu, cõmunicato etiã cõsilio, te in huius inclytæ Metropolitanæq; Moguntinæ Ecclesiæ hac dubia tẽpestate vnicũ ex pauciſſimis ſibi coadiutorẽ & in laborum curarũq; cõsortiũ, hoc est vnicũ fessis rebus auxiliũ Reuerẽdiſſimus in Chro pater, Illuſtriſſ. princeps Albertus Brandeburgeñ. Card. Archiepus Moguntineñ. & Magdeburgeñ. &c. elegerit & adoptauerit & adſumpſerit. ſ. haud ignarꝰ quàm ſit inibi Moſi opus prudẽte, fidoq; quopiam Ietrone ſub id tps, quo ꝓter atrociſſimas Turcarũ minas tot alioqui oĩm rerũ diſcriminibus miſe rè agitamur. Eapropter hãc ꝓcelſam tuæ celſitudini dignitatem modis oñibus gratulor, ſimulq; in q̃ddam ſtudij erga te mei obſeruãtiſſimi pignus eidẽ tuæ celſitudini hãc meã opellã vnà cũ Philalethoipſo q̃ decet deuotiõe & reuerẽtia dedico, humilime obteſtãs, vt illa interim tã mei dignet eẽ memor q̃ ego in ſpem vocor, futurum. ſ. vt hãc ipa prouintiã ſibi diuinitus delegatã nõ alij gerat quàm Ieſu Opt. Max. & huius gregi, q grauiſſimos illius conatus bene fortunare, ſimulq; eã ad totius orbis ſalutem, perq̃ diutiſſime valere velit, optauerim. Moguntiæ, VII. Idus Martias. Anno reconciliationis humanæ. M. D. XXXI.

¶Soli deo Opt. Max. decus & gloria.

¶ELENCHVS EORVM, QVAE MAGIS insignia, notatuq; digna ſunt in Anonymi Philalethi Euſebiani Rhapſodijs.

ABgarꝰ regem miraculoſe curatũ eſſe à diuo Thoma apoſtolo. Folio. 41

Amen dici cõſueſſe in fine cuiuslibet orationis. 36. 40. 44. 55.

Andream oraſſe dñm pro Matthæo apoſtolo. 9

Andream in cruce oraſſe pro ſuis inimicis. 9.

Andream nomine Ieſu illuminaſſe cæcos, & mortuos ſuſcitaſſe. 10. 11. 14. 16. 18. 19. 21.

Andream mederi malę concupiſcentiæ. 11.

Andream munera contempſiſſe. 11. 14. 19

Andream dæmones cohercuiſſe. 11

Andream ventis præcepiſſe. 12

Andream extinxiſſe incendiũ. 13

Andream ægrotos curaſſe. 13. 14

Andream magnã habuiſſe gratiam in prædicando. 15
Andream nõ potuiſſe capi ab inimicis. 15
Andream à feris nõ potuiſſe offendi. 15.
Andream ex ſomnio martyrij ſui genus intellexiſſe. 16
Andream vitæ ſuæ finẽ fratribus ſuis prædixiſſe. 17.
Andream pro ſalute populi ſui oraſſe. 17.24
Andreæ obediſſe ventos & mare. 17
Andream febres curaſſe. 21.
Andream fuiſſe cõſtantiſſimũ in martyrio. 22
Andreã cũ Aegea diſputaſſe. 23.25
Andream fuiſſe popularem. 24.25
Andream oraſſe ante crucẽ ſuã. 25.
Andream in Patris in Achaia obijſſe. 26.
Apocalypſis à quo ſit ſcripta. 30.
Aphricanũ fuiſſe ſcriptorẽ vitarũ apoſtolorũ. 72.
Apſtos ſemp in faciẽdis miraculis orationẽ ad deũ ꝓmiſiſſe. 18.37
Apoſtolos plurimũ diſtare à pſeudoapoſtolis. 50
Apoſtolos fuiſſe miſſos in totũ orbẽ. 54
Apoſtolos hæc tẽporalia reſpuiſſe. 54.68
Apoſtolos nouiſſe oñes linguas. 61.
Apoſtolos viuificare, ſed pſeudoapoſtolos mortificare. 70
Apoſtolorũ prædicationẽ fuiſſe efficaciſſimã. 71.
Aquila lex qualis fuerit. 64

BAptiſmũ eſſe ſignũ ſalutis. 44.
Barnabas apoſtolus qualis fuerit. 73
Barnabam fuiſſe Cypriotũ. 74.
Barnabæ ſapiens reſponſio. 74.
Barnabam febres pepuliſſe. 75.
Barnabam Euãgelio, quod ſecũ tulit, feciſſe miracula. 75
Barnabam miſerè trucidatũ eſſe. 75.
Bariæus, qualis Iudæus fuerit. 75
Bartholomæũ Indis prædicaſſe. 52
Bartholomæũ dæmonia expuliſſe. 53
Bartholomæũ cũ dæmone collocatũ eſſe. 54
Bartholomæũ variè tortũ fuiſſe ſed finaliter excoriatũ & capite plexum. 56.

COnfeſſos fuiſſe nõnullos oĩa pctã ſua diuo Andreæ. 18.
Conditiones ſalubris habitationis quæ ſint. 43.
Contionandi locũ debere eſſe in loco æditiore. 58.
Coniugiũ per ſe non eſſe malũ. 63.64.

Constantinũ Imp. à lepra fuisse p Syuestrum curatum. 8
Constantinum Imp. Christianis templa concessisse 8
Circumcisionem esse duplicem 5
Clericos ab Apostolis non à Laicis ordinari. 71
Cratonem fuisse scriptorem vitarum Apostolorum. 72
Cratonem philosophum cum omnibus suis ad fidem esse conuersum. 36
Christum verè sacrificari in altari. 24
Christum è virgine natum esse, & quare 24
Christi præcepta necessario fieri 6
Christum sequi quid sit 13
Christum sponte passum esse. 23
Christum esse Deum scripturas testari 26
Christum suos pati finere 51
Christum passione sua cœlum reseraſſe 62
Crucis sanctæ signum esse efficax. 12. 56. 70.
Crucis mysterium quale sit 24
DEo in nullo esse resistendum. 74
Dei optimi Maximi seruitia debere esse casta 47
Deos olim gentiliũ falso sibi vendicasse dominia 46
Dæmonum delusionem esse perniciosam 11
Dæmones olim valde delusisse homines 55
Dæmones olim pro dijs fuisse habitos. 55
Dęmoniorum oracula fuisse falsa 67
Drusianæ ad Deum oratio, qualis. 35
EVangelij summam esse potentiam. 18. 20.
Euangeliũ Matthęi quale & vbi scriptum fuerit 66
Euangelium quid doceat 66
Euangelistas inter se non discordare 62
Aegeam ob peccatum in diuum Andream fuisse punitum. 26
Aegesyppum fuisse antiquissimum historiographum 58
Elephantia qualis sit morbus 66
Ephigeniam fuisse monialem 64
Ephigeniam omnia sua bona dedisse pauperibus & pro templis construendis. 64
Episcopum qualem esse deceat 11
Episcopos in morte sua debere pro populo suo orare. 40
Eunuchus Candacis qualis fuerit 60
Eucharistiam dici ac esse panem benedictum. 44

FEstum, Iudeæ procuratorem fuisse 57
Fides de sancta Trinitate qualis sit 23
Fide opus esse ad intelligendum diuina 24
Fidei neminem esse violenter colligandum 27
Fide per baptismum dari salutem 29
Fidei articulorum Epilogus 61
Finem rei in omnibus esse præcogitandum 32
Fortunatũ, à Iohã. Euãgelista à morte suscitatũ fuisse ingratũ. 35
¶Gratis esse dandum, quod gratis acceptum est 43
HEbronitæ quales fuerint hæretici 59
Hermogenem ad fidem fuisse conuersum 27
Hæreticorum pœna qualis esse debeat 27
Hæreticos nostro tempore perperam duxisse moniales ex cœnobijs in vxores. 64
Herodem male perijsse propter suum pctm̃ in Apostolos 40
Herodem fuisse crudelem 40
Herodem fuisse parricidam 40
Hominem esse creatum ad dei imaginem, & quare 35
IAcobum vnum fuisse fratrem Iohannis Euangelistæ 26
Iacobum scripturas memoriter tenuisse 26
Iacobi sudariũ virtute Christi operatũ fuisse miracula 26
Iacobum cum Hermogene disputasse 27
Iacobum sanasse paralyticum 29
Iacobum alterum fuisse dictum, domini fratrem 57
Iacobũ fratrẽ domini primũ fuisse Hierosolymis episcopũ 57
Iacobo fratri dñi malignam fuisse constructã seditionem 57
Iacobum domini iustum fuisse cognominatum 58
Iacobum domini fuste occisum fuisse 58
Iamnes & Mambres qui fuerint 4.70
Ieiunium esse perutile 20.39
Ieiunio præmisso fieri baptismum 42.43
Iohannem Euangelistam ex oleo feruente liberatum fuisse 30
Iohannẽ Euangelistã multis & magnis inclaruisse miraculis 31
Iohannem suscitasse mortuos. 54.37.39
Iohannem sine offensa bibisse venenum. 38
Iohannem Euangelistam fuisse cunctis amabilem. 39
Iohannem attactu suarum vestium feciſſe miracula 39
Iosiam scribam ad fidem fuisse conuersum 29
Iudæos & Gentiles olim adhuc in fide nouicios, inter se plurimũ concertasse. 1.

94

Iudã apostolũ fuisse dictũ Lebbæum & Thaddæũ. 66
India qualis sit. 52.
Indulgentiã semper ab apostolis fuisse prædicatã. 57
Infernales pœnæ quales sint. 57
Libros Hermogenis magi fuisse cõbustos. 27
Libidinis rabiẽ esse detestandã. 33
Linguã fuisse quondam vnicã. 60
Marcũ cognominatũ fuisse excelsum. 73.
Magoꝝ fuisse varia præstigia. 60.69
Mariam deiparã vouisse virginitatẽ. 54
Mariã fuisse primã virginũ. 54.
Mammona quid sit. 57
Matthæum Aethiopibus prædicasse. 60
Matthæũ fuisse eloquentissimũ. 60.
Matthæũ fuisse peritiss. multaꝝ linguaꝝ. 60
Matthçum in draconibus fecisse signa. 61.
Matthæum reuerenter esse habitũ. 62.
Matthæum resuscitasse mortuũ. 62.
Matthæũ fateri se solũ esse domini famulũ. 63
Matthæum ordinasse episcopos. 63
Matthæũ habuisse orationẽ de coniugio. 63
Matthæũ ad finẽ vitæ suæ cõfeciſſe corpꝰ dñi & cõmunicasse. 65
Matthæũ gladio fuisse occisum. 65.
Matthæi mortẽ serio fuisse à dño vindicatã. 66.
Matthæũ post mortẽ multis fuisse miraculis probari cœptũ. 66.
Mala quædã fieri culpa nr̃a, quæ p se mala non sunt. 63
Martyꝝ fidẽ non audaciã cõmendari. 23
Miracula Petri longe alia fuisse q̃ Simonis magi. 8
Miracula Christi debere nos ad dei laudẽ prouocare. 50
Mori bipharią dici. 30
Mors corporalis quid sit. 50
Neronis & Agrippæ vxores per Petrum & Paulũ ad fidẽ fuisse conuersas. 2
Neronẽ ob peccatũ in apostolos male perñsse. 8
Nõ oñes saluari pro qbus passus est Christus. 35
Nuptias nõ esse malas. 12.
Nuptiæ cœlestes quales sint in cœlo. 40.
Nuptiaꝝ benedictio qualis sit. 64
Orandũ esse aduersus dæmonũ insidias. 20

Oratio-

Orationes alienas prodesse. 20.
Patientiã esse maximã virtutẽ. 39
Paradisus qualis & quo sit loco. 61
Paulũ scripsisse ad Rhomanos epistolam, vt eos cõcor daret. 1
Paulum cũ Nerone disputasse. 4
Pœnitentiæ veræ forma. 20.31
Pœnitentia opus eẽ ad vitã beatã. 29
Pœnitentia qualis esse debeat. 70
Petrũ & Paulũ Rhomæ fuisse & ibi prædicasse. 1.
Petrũ fuisse grauẽ in Iudæorũ principes. 1
Petrum potenter disseruisse contra Simonẽ magũ. 3.5.
Petrũ amice excusasse Pauli persequutionẽ. 5
Petrũ & Paulũ ad deũ orasse. 6
Petrũ & Paulũ vitæ suæ finẽ præsciuisse. 6
Petrũ adiurasse Satanã. 7
Petrum fuisse humilimũ. 7
Petri martyriũ fuisse crudele. 7
Petrum in cruce ad deũ orasse. 7
Petrũ & Paulũ magnos esse Rhomanorũ patronos. 7
Petri & Pauli sepultura vbi fuerit. 8
Petro prętiosissimum fuisse constructum sepulchrũ à Constantino Imp. 8
Philippũ draconẽ expulisse. 5
Philippũ ægros sanasse & mortuos suscitasse. 59
Philippũ egregie fidẽ docuisse. 59
Philippũ passim ordinasse diaconos & præsbyteros. 59
Philippos fuisse duos. 59
Pilatum scripsisse epistolam ad Tiberiũ Imperatorem, de Christo Iesu. 3.
Propositũ impedientia esse multa. 32
¶Regem cœlestẽ à terreno plurimũ differre. 64.
Sacerdotes gentiliũ fuisse ditissimos. 68.
Salaminã, ciuitatẽ esse Cypri. 75
Satanas cur homini sit inuidiosus. 62
Secularia amantes nõ posse cœlestia habere. 37.
Sententia mortis cõtra Petrũ & Paulũ qualis fuerit. 7
Simon magus qualis fuerit. 2
Simonẽ magũ orasse corã Nerone cõtra Petrũ apostolum. 2.
Simonẽ magũ præstigijs illusisse hominibus. 6.

Simonẽ

Simonẽ apostolũ fuisse dictũ Cananitem. 66
Simonẽ & Iudã apostolos fuisse clementiss. 68.
Simonẽ apostolũ perpulchrè orasse. 69
Simonẽ & Iudã vitæ suæ finẽ præsciuisse. 72
Simonẽ & Iudã in dño fuisse defunctos. 73
Simonẽ & Iudã post mortẽ sanctos fuisse probatos miraculis. 73
Simonẽ & Iudã honorificè sepultos fuisse. 73
Societatẽ malorũ esse nociuissimã. 30
Solis effigies qualis fuerit apud gentiles. 72.
Spiritũ sanctũ esse loquutũ per prophetas. 29.
TEmplũ resurrectionis quale. 63
Terræmotũ fuisse maximũ diuo Andrea orãte. 10.
Timorẽ esse temporalẽ & æternalẽ. 24
Thomã fuisse dictũ Didymũ. 41
Thomã prædicasse Parthis & Indis. 41
Thomã nuptijs benedixisse. 42
Thomas quid prædicauerit. 43
Thomã suscitasse mortuos. 44
Thomã signo crucis multa feciſſe miracula. 44
Thomã secũ habuisse Diaconẽ. 44.
Thomã suis valedixisse. 44
Thomã adiurasse dæmonẽ. 48.
Thomã mori desiderasse. 48
Thomæ orationẽ mysterijs plenissimã. 50
Thomã vitæ suæ finẽ præsciuisse. 50.
Thomã magnificè respondisse. 51
Thomã populo fuisse charũ. 51
Thomã miserè ductũ fuisse ad martyriũ. 51
Thomã vltimo ad deũ orasse. 51
Thomã non habuisse vxorẽ. 51
Thomã in domino esse mortuũ. 52.
Turris ad cœlũ qualis sit. 61
VIrgines recte vouere virginitatẽ. 63.
Virgines recte cõsecrari in Cœnobijs. 65.
Vestes mutari in baptismo. 74
Vouentiũ qualis ad deũ esse debeat oratio. 63

ΤΕΛΟΣ.

PASSIO SANCTORVM APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI.

VM VENISSET PAVLVS Rhomam, conuenerunt ad eũ oẽs Iudæi, dicentes: Nostram fidem, in qua natus es, ipsam defende. Nõ est eẽ iustum, vt tu qui es Hebræus, ex Hebræis veniens, Gentium te magistrum indices, & incircũcisorum defensor factus es, cũ sis circunciſus, fidem circunciſionis euacues. Cum ergo Petrum videris, ſuſcipe cõtra eius doctrinam, quia omnem obſeruationem noſtræ legis euacuauit. Excluſit ſabbatiſmũ, & neomeniam, & legitimas ferias exinaniuit. Quibus Paulus reſpondit: Me Iudæum eſſe, & verũ Iudæum hinc poteritis probare, cũ & ſabbatũ obſeruem, & circunciſionẽ vos potueritis aduertere. Nam ſabbato die requieuit ab omnibus operibus deus, & nos habemus patres & patriarchas & legem. Quid tale prædicat Petrus in regno Gentium? Sed & ſi aliquam forte vult introducere nouam doctrinã ſine conturbatione, & ſine inuidia, & ſine ſtrepitu, nuntiate ei, vt nos videamus, & in veſtro conſpectu illũ ego cõuincã. Quòd ſi verè doctrina eius fuerit teſtimonio ex Hebræorũ libris munita, decet nos omnes obedire ei. Hæc & his ſimilia dicente Paulo, perrexerunt Iudæi ad Petrũ, & dixerunt ei: Paulus ex Hebræis venit, rogat te, vt venias ad eũ, quũ hi qui eum adduxerunt, dicunt non eũ ſe poſſe dimittere, vt videant quenquã, anteq̃ eum Cæſari inſinuent. Audiens hæc Petrus, gaudio gauiſus eſt magno. Et ſtatim exurgens, perrexit ad eũ. Videntes autẽ ſe, præ gaudio fleuerunt, & in amplexibus ſuis diutiſſimè morati, inuicẽ ſe lachrymis infuderunt. Quũq; Paulus illi omnẽ textũ ſuoꝝ caſuũ indicaſſet,

2. Cor. 11.
1. Timo. 2

Cõſtat igitur ex his, Petrũ Rhomæ fuiſſe, quẽadmodũ teſtatur & Euſebius lib. 2. ca. 14. eccle. hiſto. Et idem ſimiliter lib. 5. cap. 8 citãs Irenæũ, dicentẽ. Matthæus quidem Hebræis propria eorũ lingua cõſcriptũ ædidit euãgelium, quũ Paulus et Petrus in vrbe Rhoma euangelizarẽt, atq; eccleſiæ inibi fundamẽta ſolidarẽt. Hæc Irenæus cõtra eos, qui negant Petrũ apoſtolũ Rhomæ aliquã vel fuiſſe vel prædicaſſe.

& qualiter ei nauigij fatigatio aduenisset,& Petrus dixisset illi,quas Symonis Magi pateretur insidias. Tunc abscessit Petrus ad vespere,mane,die altero reuersurus. Quumq; aurora dici daret initiũ,ecce Petrus aduenies,inuenit multitudinẽ Iudæorũ ante fores Pauli. Erat eñ inter Iudæos & Christianos & Gentiles infinita conturbatio. Iudæi em̃ dicebãt: Nos genus electum,regale,& amicorum dei,Abrahæ & Isaac & Iacob sumus,& omnium prophetarũ,cum quibus loquutus est deus,quibus ostendit mirabilia magna,& secreta sua. Vos autem ex Gentibus estis,nihil in semine vestro magnũ,nisi in Idolis & sculptilibus inquinati & execrabiles extitistis. Hæc & his similia dicentibus Iudæis,Gentes respondebãt,dicentes: Nos mox vt audiuimus veritatẽ, reliquimus errores nostros,& sequuti eam sumus. Vos autem & paternas virtutes scistis,& prophetarũ signa vidistis,& legem accepistis,& mare pedibus siccis transistis,& inimicos vestros dimersos vidistis,& columna nubis vobis per diem in cœlis apparuit,& columna ignis per noctem. Et manna vobis de cœlo datum est & de petra vobis aquæ fluxerunt. Et post omnia hæc,Idolũ vituli fabricastis,& adorastis sculptile. Nos autem nulla signa videntes,credimus,deum esse hunc,quem vos,non credẽtes, reliquistis. Hæc & his similia eis contendentibus, dixit apostolus Paulus,non debere eos has contentiones inter se suscipere,sed hoc magis attendere,quia quum cõplesset deus promissa sua,quæ iurauit ad Abraham patrem nostrum,quòd in semine eius hæreditarentur omnes gentes. Non est em̃ personarum acceptio apud deum. Quicũq; em̃ in lege peccassent, secundum legem iudicarẽtur. Qui vero sine lege deliquissent, sine lege perirent. Etenim in humanis sensibus est tanta sanctitas,vt bona laudet naturaliter,& puniat mala quæ inter se inuicem cogitationes aut accusantes puniant,aut remunerãtes excusant. Hæc & his similia Paulo dicente,Factũ est vt mitigati essent Iudæi & Gentes,sed principes Iudæorum insistebant. Petrus vero his qui eum arguebant,ꝙ synagogis eorũ interdiceret,dixit: Audite fratres,spiritum sanctum promittentem patriarchæ Dauid,ꝙ de fructu ventris eius poneret super sedem suam. Hic est ergo cui dixit pater de cœlis: Filius meu

Contentio inter Iudæos et Gentiles Christianos.
Exodi.19
Johan.8
Deut.5

Acris Gentilium responsio.
Exodi.14
Exodi.34
Exodi.13
Deut.8
Psal.77
Johan.6
Exodi.32

Hæc re Paulus permotus, scripsit ad Romanos epistam.
Gene.15
Gala.5
Rhoma.4
Actor.10

Grauissima Petri ad Iudæorum principes oratio.
Psal.131.

meus es tu, ego hodie genui te. Hunc crucifixerunt per inuidiam principes sacerdotum. Vt impleret autem redemptionem necessariam seculo, permisit se ea omnia sustinere. Et sicut ex costa Adæ fabricata est Eua, sic ex latere Christi in cruce posito, fabricaretur ecclesia, quæ non habuerit maculam, neque rugam. Hunc deus aditum aperuit hominibus, filijs, Abrahæ, & Isaac, & Iacob, vt sint in fidelitate ecclesiæ, & non in infidelitate synagogæ. Cõuertimini ergo & intrate in gaudium Abrahæ patris vestri, quia quod ei dominus promisit adimpleuit. Vnde & Propheta canit: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Sacerdos em̃ in cruce factus est, cum hostiam sui corporis & sanguinis, pro omni seculo sacrificium præbuisset. Hęc & his similia dicentibus Paulo & Petro, pars maxima populorum credidit. Et pauci fuerunt, qui & ipsi simulata fide, non tamen aperte possent eorum negligere monita vel præcepta. Videntes autem maiores synagogæ, & gẽtium pontifices, sibi prędicationem eorum finem specialiter fieri, egerunt hoc, vt sermo eorum in murmurationem populi veniret. Vnde factum est, vt Symonem Magum, Neroni præferrẽt, & istos culparent. Innumerabiles enim populi, dũ conuerterentur ad dominum, per prædicationem Petri, contigit etiam vxorem Neronis Libyam, & Agrippæ præfecti coniugem, Agrippinam nomine, ita cõuerti, vt à latere se suorum maritorum auferrẽt. Per Pauli vero prędicationem, multi deserentes militiam, adhærebant deo, ita etiam vt ex cubiculo regis venirent ad eum, & facti Christiani, nollent reuerti ad militiam neq; ad palatium. Hinc populis seditiosam murmurationem agentibus. Symon excitatus est in cœlum, & cœpit de Petro multa mala dicere, dicẽs eum Magum esse & seductorem. Credebant autem illi hi, qui mirabantur signa eius, faciebat autem serpentem æreum mouere se, & lapideas statuas, & æreas ridere & moueri. Seipsum autem currere, & subito in aere videri. Contra hæc Petrus, infirmos curabat verbo, cæcos videre faciebat orando, dæmonia iussu fugabat interea & ipsos mortuos suscitabat. Dicebat autem ad populum, vt ab eius seductione non solum fugerent, sed etiam dete

Psal. 2
Hebræ. 1.
Act. 2
Gene. 1. 2
Mat. 19
Mar. 10
Iohan. 19
Ephe. 5
Psal. 109
Hebræ. 9
Symon Magus, de quo Eusebius li. 2. ca. 13
Coniuges Neronis & Agrippæ conuertuntur ad fidem.
Milites recipiunt fidem.
Petri et Symonis miraculorũ discrimen.
Acto. 5

gerent eum, ne viderentur diabolo cõsentire. Sicq; factum ẽ, vt omnes religiosi viri execrantes Symonẽ Magum, & scelera tum eum assererent. Symoni vero adhærẽtes, Petrum Magum, quod ipsi erãt, cum Symone, falso testimonio assererẽt Qui sermo vsq; ad Neronem Cæsarem venit, & Symonem Magum vt ad se ingrederetur, præcepit. Qui ingressus, cœpit stare ante Neronẽ Cæsarem, & subito mutare effigies, ita vt fieret subito puer, & post hęc senior. Altera vero hora, adolescentior. Mutabatur sexu & ætate, & per multas figuras diaboli ministerium peragebat. Quod cum videret Nero, verẽ hunc esse dei filium æstimabat. Petrus vero Apostolus dicebat hunc furem esse & mendacem, Magum, turpem, sceleratum, apostaticũ. & in oñibus dei præceptis contemptibilem & aduersariũ veritatis, nihilq; ei superesse, nisi vt iussu dei, eius iniquitas manifestata omnibus panderetur. Tunc ingressus ad Neronem Symon Magus dixit: Audi me bone Imperator ego sum filius dei, qui de cœlo veni. Vsq; modo Petrũ q se dicit Apostolũ, solum patiebar. Nũc ergo geminatũ est malũ. Paulus deniq; qui & ipse eadẽ docet, & cõtra me sentit, simul dicitur cum eo prædicare. Quo constat, quia nisi de interitu eorum cogitaueris, regnum tuum stare nõ poterit. Tunc Nero solicitudie cumulatus festinãter ad se eos iussit adduci. Alia autẽ die cum introissent ad Neronem Symon Magus & Apostoli Christi, Petrus & Paulus, Symon dixit: Hi sunt discipuli illius Nazarei, quibus iã nõ est tã bene, vt sint de plebe Iudæorum. Nero dixit: Et quis est ille Nazarænus? Symon respondit: Est ciuitas in Iudæa quæ semper aduersus nos fecit. Hæc Nazareth dicitur, ex ea fuit magister eorũ. Nero dixit: Deus omnem hominem monet & diligit, tu quare eos persequeris? Symon dixit: Est enim hominum genus qui totã Iudæam peruerterunt, ne mihi crederent. Nero aũt ad Petrum ait: Quare tã perfidi estis vos, vel genus vestrum? Tũc Petrus ad Symonem ait: Omnibus imponere potuisti Symon, mihi aũt nunq; Ipsos autem quos deceperas, per me deus de suo errore reuocauit Et cum expertum vel certum tibi sit, quod me superare nõ possis, miror qua fronte in conspectu regis te iactes, & putas per artem tuã magicã Christi discipulos posse superare?

Oratio Symonis Magi ad Neronẽ imperatorem.

Matthęi.2

Magnanima Petri respõsio

Nero

Nero dixit: Quis est Christus? Petrus dixit: Hic est, quē hic Symon Magus se esse affirmat. Hic autem est homo nequissimus, & opera eius diabolica sunt. Si autem vis scire bone imperator, quæ gesta sunt in Iudæa de isto, accipe literas Pontij Pilati missas ad Tiberium, & ita cognosces omnia. Nero autem iussit eas accipi, & in suo conspectu recitari.

Exemplar Epistolæ.

POntius Pilatus Claudio suo salutem. Nuper accidit, & quod ipse probaui, Iudæos per inuidiam, se, suosq; posteros crudeli cōdemnatione punisse. Deniq; quū promissum haberent patres eorū, quod illis deus eorū mitteret de cœlo sanctū suum, qui eorū rex merito diceretur, & hunc se promiserit per virginem missurū ad terras. Itaque me præside in Iudæa, & Hebræorū igitur deus cū illic esset, & vidissent eū cæcos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dæmones ab hominibus fugasse, mortuos etiā suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus super vndas maris, & multa alia mirabilia feciſſe. Quūq; omnis populus Iudæorū, hunc dei filium esse diceret, inuidia contra eum ducti sunt principes sacerdotū, & tenuerunt eū & mihi tradiderūt, & alia multa mihi de eo mentientes, dixerunt istū Magū esse, & contra legem eorū agere. Ego autem credidi ita esse, & flagellatū tradidi illum, arbitrio eorū. Illi autē crucifixerūt eum, & sepulto ei custodes adhibuerunt. Ille vero, militibus meis custodientibus, die tertia resurrexit. In tantū autem exarsit inuidia eorū, vt darent pecuniam eis, dicentes: Dicite quia discipuli eius corpus ipsius rapuerunt. Sed quū accepissent pecuniam, quid factū fuerit, tacere non potuerant. Nam & illū resurrexisse, testati sunt se vidisse, & à Iudæis pecuniā accepisse. Hæc ideo ingessi, ne quis aliter mentiatur, ad extremū credētibus mendacium Iudæorū. Quumq; perlecta fuisset epistola, Nero dixit: Dic mihi Petre, ita omnia per illū gesta sunt? Petrus dixit: Ita. Non te fallo, sic enim est, bone imperator. Hic autē Symon, plenus est mendacijs, & fallacijs circūdatus, qui putat se, quū homo sit, etiā hoc esse, quod deus est. In Christo enīm est omnis summa victoria, per deū & hominē, quē assumpsit illa maiestas incōprehensibilis, quæ per hominē hominibus

Huius epistolæ meminit Eusebius li. 2. ca. 2 eccle. hist.

Esaiæ. 7. 11.

Dat. 27
Marc. 15

Ioban. 19
Dat. vlt.

Acris Petri cōtra Symonem responsio.

1. Cor. 15.

bus dignatus est subuenire. In isto autem Symone sunt duæ substantiæ, hominis & diaboli, qui per hominem conatur homines impedire. Symon dixit: Miror te bone Imperator hunc te alicuius momenti existimare hominem imperitum, piscatorem, mendacissimum. Et nec in verbo, nec in genere, nec in aliqua præditum potestate. Sed ne diutius hunc patiar inimicum, modo præcipiam angelis meis, vt veniant & vindicent me de isto. Petrus dixit: Non timeo angelos tuos. Illi autem me poterunt timere, in virtute, & in confidentia huius Christi domini mei, quem te esse mentiris. Nero dixit: Nõ times Symonem Petre, qui diuinitatem suam rebus affirmat? Petrus dixit: Si diuinitas in eo est, quæ cordis archana rimatur, dicat nunc mihi, quid cogitẽ, vel quid faciã? Quã cogitationẽ meã anteq̃ tibi mẽtiat prius tuis auribus insinuo vt nõ audeat mentiri quid cogitẽ. Nero dixit: Accede huc, & dic mihi quid cogites,. Petrus dixit: Iube mihi afferri hordeaciũ panẽ, & occulte dari. Cumq̃ hoc iussum fuisset. Petrus dixit: Dicat nunc Symon, qd cogitatũ, quid dictũ, quid ve fit factum. Nero dixit: Vis ergo vt credã, qa Symõ ignorat? Nam qũo ignorat, q̃ se mortuũ suscitauit, & semetipm post diẽ tertium repr̃sentauit, & quicqd dixit, vt faceret fecit? Petrus dixit. Sed corã me nõ fecit. Nero dixit: Nam me astãte, hæc oĩa fecit. Nã & angelos ad se iussit venire de cœlo, & venerũt. Petrus dixit: Ergo si q̃d maximũ est, fecit, quare q̃d minus ẽ, nõ facit? Dicat qd cogitauerim? Nero dixit: Quid dicis Symõ? Ego me inter vos non bene conuenio. Symon dixit: Petrus dicat quid cogitauerim, vel quid fecerim. Petrus dixit: Quid cogitet Symõ, me scire doceo, diu dixerit, qd cogitauerim. Symon dixit: Hoc scias bone imperator, quia cogitationes hominum nemo nouit nisi solus deus, cæterum Petrus mentitur. Petrus dixit: Tu vero qui filium dei te esse dicis, dic qd cogitem, qd fecerim modo in occulto, si potes, exprime. Petrus autem benedixerat panem hordeaceum, quem acceperat & fregerat, & in dextera atq̃ sinistra manica sua collocauerat. Tunc Symon indignatus quod dicere non posset secretum Apostoli, exclamauit, dicens: Procedant canes magni, & deuorent eum in conspectu Cæsaris. Tunc subito apparuerũt

Eccl. 15
Psalm. 33.
Hebræ. 4

ruerunt canes mirę magnitudinis, & impetum fecerunt in Petrum. Petrus vero extendens manus in orationem, ostendit canibus quem benedixerat panem. Quem vt viderunt canes, subito nusquàm comparuerunt. Tunc Petrus dixit ad Neronem. Ecce ostendi tibi certissimè, quid cogitauerit Symon, non verbis, sed factis. Nam qui angelos promiserat cõtra me esse venturos: canes exhibuit, vt se ostenderet non diuinos angelos, sed caninos habere. Tũc Nero ad Symonem dixit: Quid est Symon? Puto victi sumus. Symon dixit: Hic & in Iudæa, & in tota Palæstina, & Cæsarea ista mihi fecit, & sæpe mecum certando, ideo didicit, quia eis erat contrarium. Me ergo vt euaderet, didicit: nam cogitationes hominum nemo nouit, nisi deus. Tunc Petrus ad Symonem dixit: Certe deum te esse mentiris. Quare ergo non manifestas cogitationes singulorum? Tunc conuersus Nero ad Paulum sic ait: Tu quare nihil dicis Paule? Paulus respondit: Hoc scias Cæsar: quia si dimiseris istum Magum tanta agere, magnum malum patriæ tuæ accrescet, & regnum tuum à statu suo decidet. Nero Symoni dixit: Quid dicis tu Symon? Symon dixit: Ego nisi me apud te demonstrauero deum esse? nemo mihi debitam venerationem exhibeat. Nero dixit: Et quid modo moraris, & non ostendis te deum esse, vt isti puniantur? Symon dixit: Iube mihi turrim altam fieri ex lignis, & ascendam super eam. Ibi vocabo angelos meos, & præcipiam eis, vt cunctis videntibus in cœlum me perferant ad patrem meum. Quod isti dum facere non potuerint, probabis eos esse homines imperitos. Nero autem Petro dixit: Audisti Petre quid Symon dixit? Ex hoc apparebit, quantam virtutem habeat vel ipse, vel deus tuus. Petrus dixit: Optime Imperator, si velles, poteras intelligere, quia hic Symon dæmonio plenus est. Nero dixit: Quid mihi verborũ ambages facitis? Cras ſtinus dies vos probabit. Symon dixit: Credis bone Imperator me Magũ esse, quũ mortuus fuerim, & resurrexerim? Egerat enim perfidus Symon præstigio suo, vt diceret Neroni: Iube me decollari in obscuro loco, & ibidem dimitti occisum, & si non tertia die resurrexero, scias me Magum esse. Si autem resurrexero, scias me esse filium dei. Et quum

hoc

hoc fieri iussisset Nero, in obscuro egit Symon arte magica, vt aries decollaretur. Decollatus autẽ in obscuro loco, quum scrutatus fuisset is qui eũ decollauerat, & caput eius protulisset ad lumen, inuenit caput veruecinũ, sed nihil voluit regi dicere, ne seipsum detegeret qui iussus fuerat hoc in abditis perpetrare. Ob hoc ergo dicebat Symon se die tertia resurrexisse, quia caput & membra veruecis intulerat, sanguis vero ibidem congelauerat. Ipse aũt tertia die ostendit se Neroni & dixit: Fac sanguinẽ meum qui fusus est extergi, quia ecce qui decollatus fueram, sicut promisi, die tertia resurrexi. Quum ergo dixisset Nero, crastinus dies vos probabit, conuersus ad Paulũ, dixit: Tu Paule quare nihil loqueris? Dic mihi quis te docuit? Quẽ magistrum habuisti? aut qualiter in ciuitatibus docuisti? vel quales extiterunt per tuã doctrinã? Puto enim nullam te habere sapientiam, nec virtutẽ aliquam posse perficere. Tunc Paulus respondit: Putas me cũ homine perfido & desperato, mago, & malefico, qui animã suam morti destinauit, cuius interitus & perditio cito adueniet, habere rationẽ, qui fingit se esse quod non est, & arte magica homines ad perditionem illudit? Cuius tu verba si volueris audire vel facere, perdes animã tuam & imperiũ tuum. Hic enim homo pessimus est, & sicut Aegyptij Magi, Iamnes & Mambres, qui Pharaonem & exercitũ eius miserunt in errorem, quousq; demergerentur in mare, ita & hic per patris sui diaboli peritiam homi nibus persuadet, & multa mala facit per nigromanciam, & cę tera mala, si qua sunt apud homines, & sic multos incautos seducit, ad tentationẽ imperij tui. Ego autẽ verbũ diaboli, q̃d per hunc diffundi video, gemitibus cordis mei ago cũ spiritu sancto, vt cito possit ostendi qui sit. Nam quantum se exaltari putat ad cœlos, tantum demergetur inferni inferioribus, vbi est fletus & stridor dentium. De doctrina autẽ magistri mei, de qua me interrogasti, non eã capiunt, nisi qui fidem mũdo pectore adhibuerint. Nam quæ sunt pacis & charitatis ea docui, & per circuitum ab Hierusalẽ vsq; in Illyricũ repleui verbum pacis. Docui, vt homines se inuicem diligant: docui, vt inuicem se honore perueniant. Docui sublimes & diuites nõ se extollere, & sperare in incerto diuitiarũ, sed in deũ ponere

Neronis ad Paulũ ꝓba.

Respõsio Pauli ad Neronem magnifica.

De Iamni et Mãbri Paulus. 2. Timo. 3 Et nos in vita Symonis et Judæ.

Matt. 8. 13. 22 Luc. 13

Rhom. 15 Rhom. 13 Rhom. 12

1. Timo. 6

ſpem ſuam. Docui, mediocres victu & veſtimento contentos eſſe. Docui pauperes in ſua egeſtate gaudere. Docui patres filios ſuos docere diſciplinā timoris dei. Docui filios obtemperare parentibus, & monitis ſalutaribus. Docui, poſſidentes reddere tributum cum ſolicitudine. Docui negotiatores reddere vectigalia miniſtris reipublicæ. Docui vxores diligere viros ſuos, & timere eos quaſi dños. Docui viros fidem ſeruare coniugibus, ſicut illi ſibi ſeruari pudorē omnimodis volunt. Quod eñ punit maritus in vxore adultera, hoc punit in marito adultero ipſe pater & conditor rerū deus. Docui dños vt mitius cū ſeruis ſuis agant. Docui ſeruos vt fideliter & quaſi deo ita ſeruiant dominis ſuis. Docui eccleſiā credentium, vnū & omnipotentem, inuiſibilē & incomprehēſibilem colere deū. Hæc autē mihi doctrina non ab hominibus neq; per hominē aliquem data eſt, ſed per Ieſum Chriſtū & patrē gloriæ, qui mihi de cœlo loquutus eſt. Et dū me mitteret ad prædicationē dominus meus Ieſus Chriſtus dixit mihi: Vade & ego ero tecū ſpiritus vitæ omnibus credētibus in me, & omnia quæcūq; dixeris aut feceris, ego iuſtificabo. Nero autē imperator his auditis, obſtupuit, & conuerſus ad Petrū, dixit: Tu quid dicis? Et Petrus ait: Omnia quæ loquutus eſt Paulus, vera ſunt. Nam multi anni ſunt per quos accepi literas ab epiſcopis noſtris, qui ſunt in vniuerſo orbe Romano, & pene omnium ciuitatū epiſcopi ſcripſerunt mihi de factis & dictis eius. Nam quum perſequutor eſſet legis Chriſti, vox de cœlis vocauit eū, & docuit veritatē, quia non erat per inuidiam inimicus fidei noſtræ, ſed per ignorantiā. Fuerunt eñ ante nos Pſeudochriſti, pſeudoapoſtoli, pſeudoprophetæ, qui contra ſacros ordines venientes, euacuare ſtuduerunt veritatē. Et cōtra hos neceſſe erat agere hunc virū, quia ex infantia ſua nihil aliud ſtudij geſſerat, niſi vt diuinæ legis ſcrutaretur myſteria, in quibus hoc didicerat, vt defenſor veritatis, & perſequutor exiſteret falſitatis. Quia ergo perſequutio eius non ex æmulatione fiebat, ſed ex defenſione legis, ipſa veritas eū de cœlo alloquuta eſt, dicens: Ego ſum veritas quā defendis, ceſſa me perſequi, quia ego ipſe ſum pro qua videris dimicare contra inimicos veritatis. Ergo quū cognouiſſet ita

1. Tim. 6
Ephe. 6
Coloſſ. 3
Rhom. 13

Ephe. 5
Coloſſ. 3

Ephe. 6
Coloſſ. 3

Gala. 1.
1. Cor. 15.
Acto. 9

Act. 9

1. Cor. 15
Quam amice Petrus excuſat perſequutionem Pauli.

Act. 9

esse, deseruit quod defendebat, & cœpit defendere hanc, quã persequebatur, semitam Christi, qui est via veritatis, pure ambulantibus, nihilq; fallentibus, & vita credentibus sempiterna. Symon dixit: Bone imperator, non intelligis hanc cõspirationem horum duorum aduersum me, Ego emẽ sum veritas & isti aduersum me sapiunt. Petrus dixit: Nulla veritas in te est, sed solo mendacio ista dicis & facis. Nero dixit. Paule, tu quid dicis? Paulus dixit: Quæ à Petro audisti, hæc me dixisse crede. Vnum enim sentimus, quia vnum habemus dominum Iesum Christum. Symon dixit: Putas bone imperator cum his me habere disputationem, qui aduersum me consensum fecerunt? Et conuersus Symon ad Apostolos dei, dixit: Audite Petre & Paule, si hic nihil possum vobis facere, veniam vbi vos oportet me iudicare. Paulus dixit: Bone imperator, vide quales nobis minas ostendit. Petrus dixit: Quur non irrides hominem vanum, & alieni capitis, qui ludificatus à dæmonio, putat se manifestari non posse? Symon dixit: Ego vobis parcam, quousque ostendam virtutem meam. Paulus dixit: Quasi tu hinc exiturus sis sanus. Petrus dixit: Nisi viderit Symon virtutem domini nostri Iesu Christi, non se credit Christum non esse. Symon dixit: Sacratissime imperator, noli istis credere, quia hi sunt qui circunciduntur & circuncidunt. Paulus dixit: Nos ante quàm veritatem cognoscere-mus, carnis circunci sionem tenuimus. At vbi veritas apparuit, cordis circuncisione & circuncidimur & circuncidimus. Petrus dixit: Si mala est circunci sio, tu quare circunci sus es Symon? Nero dixit: Ergo & Symon circuncisus est? Petrus dixit: Nec aliter poterat decipere animas, nisi se Iudæum simularet, & legem domini docere ostenderet. Nero dixit: Tu Symon (vt video) zelo duceris, & ideo istos persequeris. Est enim (vt arbitror) zelus magnus inter te & Christum eorum, & vereor, ne ab eis conuincaris, & magnis malis consumptus esse videaris. Symon dixit: Seduceris bone imperator. Nero dixit: Quid est, seduceris? Hoc nanque quod in te video, hoc dico, euidenter aduersarium esse Petri & Pauli, & magistri eorum. Symon dixit: Christus Pauli magister non fuit. Paulus dixit: Qui Petrum præsens docuit,

Cõcertatio inter apostolos & Symonem Magum.

Circumcisio duplex.

Gala. 1.

ipse

ipse me per reuelationem instruxit. Nam quod nos accusat circuncisos, dicat ipse quare circunciſus sit. Symon dixit: Quare me hoc interrogatis? Paulus dixit: Est ratio, vt te interrogemus. Nero dixit: Quare vereris respondere illis? Symon dixit: Ideo, quia à deo præcepta est circunciſio, illo tempore quo ego eam suscepi. Paulus dixit: Audis bone imperator quid dixerit Symon? Si ergo bona est circunciſio, quare tu circunciſos tradidiſti, & coegiſti eos præcipitanter occidi? Nero dixit: Sed nec de vobis bene sentio. Petrus & Paulus dixerunt: An tu de nobis sentias bene vel male, non ad rem pertinet, nobis autem neceſſe est, vt quod promiſit magiſter noſter, fiat. Nero dixit: Quid, ſi ego noluero? Petrus dixit: Non quod tu volueris, ſed quod nobis ille pollicitus est. Symon dixit: Bone imperator, homines hi circumuenerunt clementiam tuam, & obligauerunt te. Nero dixit: Sed nec tu adhuc me de te confirmaſti. Symon dixit: Quanta ſigna & bona à me tibi demonſtrata ſunt, miror quòd adhuc dubitare videris. Nero dixit: Ego neque dubito, neque cuiquàm veſtrũ conſentio, ſed magis ad quod interrogo reſpondemihi. Symon dixit: Nihil tibi iam reſpondebo. Nero dixit: Ideo hoc dicis, quia mentiris, Et ſi ego nihil tibi poſſum facere, deus, qui potens est, faciet. Symon dixit: Iam tibi reſponſurus non ſum. Nero dixit: Sed nec ego te computem aliquid eſſe, vt enim sentio, fallax es in omnibus. Sed quid plura? Toti tres inconſtabilitum animum veſtrum oſtenditis, & me ita dubium in omnibus feciſtis, vt non inueniam cui credere poſſim. Petrus dixit: Vnum eſſe deum patrem in Chriſto ſaluatorem, cum ſpiritu ſancto creatorem omnium rerum prædico, qui fecit cœlum & terram, mare, & oĩa quę in eis ſunt, qui verus rex est, & regni eius nõ erit finis. Nero dixit: Quis est rex dñs? Paulus dixit: Saluator omnium gẽtium. Symon dixit: Ego ſum, quem dicitis. Et hoc ſciatis, Petre & Paule, non vobis contingit quod cupitis, vt martyrio vos digner. Petrus & Paulus dixerunt: Nunq̃ bene tibi ſit Symon Mage, & amaritudine plene. Symon dixit: Vt ſcias iſtos falſos eſſe, & me de cœlis miſſum, traſtino ad cœlos vadam

2. Cor. 11
Ephe. 5

Fieri neceſſum eſt, quod Chriſtus præcepit.

Exod. 20
Eſaiæ. 45
Pſal. 113
Act. 17
Apo. 19
Luc. 1

dam,& eos, qui mihi credunt, beatos faciam: in istos autem, qui me negare ausi sunt, iram meam ostendam. Petrus & Paulus dixerunt: Nos olim deus vocauit ad gloriam suam, tu autem à diabolo iam vocatus es, & ad tormenta festinas. Symon dixit: Cæsar Nero, audi me, Istos insanos à te separa, vt dum venero ad patrem meum in cœlos, possim tibi esse propicius. Nero dixit: Et vnde hoc probamus, quia in cœlum vadis? Symon dixit: Iube turrim excelsam fieri ex lignis & trabibus magnis, & ascendam in illam. Quumq; in illam ascendero, ibi mandabo angelis meis, vt ad me in aera veniant, nõ enim in terram inter peccatores venire possunt. Nero dixit: Volo videre, si imples, quod dicis. Tunc Nero præcepit in campo Martio turrim excelsam fieri, & præcepit, vt omnis populus & omnis dignitas ad istud spectaculum conuenirẽt. Altera autem die iussit Nero Petrum & Paulum in hoc conuentu sibi præsentari. Quibus sic ait: Nunc habebit inter vos veritas apparere. Petrus & Paulus dixerunt: Non eum nos detegimus, sed dominus Iesus Christus filius dei, quem se hic ipsum esse mentitus est. Et conuersus Paulus ad Petrum dixit: Meum est genibus positis deum exorare, tuum est imperare, si quid videris eum conari, quoniam tu prior electus es à domino. Et positis genibus Paulus, orabat. Petrus autẽ intuitus Symonem, dixit: Incipe, quod cœpisti, appropinquabit autem & tua deiectio, & nostra vocatio, video enim Christum meum vocantem me & Paulum. Nero dixit: Et quò ituri estis contra meam voluntatem? Petrus dixit: Quò nos acciersit dominus noster Iesus Christus. Nero dixit: Ergo & vos in cœlum ituri estis? Petrus dixit: Sicuti ipsi placuerit, qui vocat nos. Symon dixit: Vt scias imperator istos fallaces esse, mox vt in cœlum ascendero, mittam ad te angelos meos & faciam te ad me venire. Nero dixit: Fac ergo, quod dicis. Tunc ascendit Symon in turrim coram omni populo, extensis manibus, coronatus lauro, & cœpit volare. Nero vt vidit, Petro sic ait: Verax homo est iste Symon, tu autem & Paulus seductores hominum estis. Cui Petrus ait: Sine mora scias nos veraces esse Christi discipulos, hunc autem non esse Christum, sed Magum & maleficum. Nero dixit: Adhuc perseueratis?

Iob. vl. Act. 25

Præstigia Symonis Magi.

Cãpus Martius Rhomæ locus.

Oratio apostolorum ad deum

Apostoli finẽ vitæ suæ cognoscunt.

Symon magice volat.

ratis? Ecce videte eum cœlum penetrare. Tunc Petrus aſpiciens Paulum, ſic ait: Paule frater, erige caput & vide; Cuncq; eleuaſſet Paulus caput plenus lachrymis oculos, & vidiſſet Symonem volantem, dixit: frater Petre, quid ceſſas? Perfice, quod cœpiſti iam nos vocat dominus noſter Ieſus Chriſtus. Et Nero audiens eos loquentes mutuo ſubriſit & ait: Iſti ſe vident victos modo delirant. Petrus dixit ad Neronem: Modo probabis nos non delirare. Paulus vero ait Petro. Faciam quod facturus es. Et aſpiciẽs contra Symonem Petrus dixit: Adiuro vos angeli ſatanæ, q eũ fertis in aëra, ad decipiẽda infidelium hominum corda, per deum creatorẽ omnium, & per Ieſum Chriſtũ, quẽ tertia die à mortuis ſuſcitauit, vt eum ab hac hora iam non feratis, ſed dimittatis illum. Et continuo dimiſſus, cecidit in locum q ſacra via dicitur, & in quatuor partes fractus, quatuor ſilices adunauit, quę ſunt ad teſtimonium victoriæ Apoſtolorum vſq; in hodiernum diem. Tunc Nero Imperator teneri fecit Petrum & Paulum in vinculis, corpus autem Symonis iuſſit diligenter cuſtodiri, putans eum reſurgere tertia die. Cui Petrus dixit: Hic iam non reſurget, quum verè mortuus ſit, & in æterna pœna damnatus. Cui Nero dixit: Quis tibi permiſit tale ſcelus facere? Petrus dixit: Contentio eius. Et ſi vis intelligere, multũ erat ei præſtitum, vt periret, ne tantas deo ad multiplicationem ſupplicij ſui inferret blaſphemias. Nero dixit: Suſpecto animo me eſſe feciſtis, ideoq; malo exemplo vos pdam. Petrus reſpondit: Non vt tu vis, ſed ſicut promiſſum eſt nobis, neceſſe eſt, nos conſummari. Tunc Nero dixit ad præfectum ſuũ Agrippam: Homines irreligioſos neceſſe eſt male perdere, & ideo ad cardos ferreos ligari eos præcipio, vt ipſi ſe inuicem interficiant & conſumant. Agrippa præfectus dixit: Sacratiſſime Imperator, non congruenti exemplo iubes eos puniri Nero dixit: Quare? Agrippa præfectus dixit: Quomodo Paulus innocens mihi videtur. Petrus autem homicidij reus eſt, inſuper & irreligioſus. Nero dixit: Ergo quo exemplo peribunt? Agrippa præfectus dixit: Vt mihi videtur, iuſtum eſt Paulo irreligioſo caput amputari. Petrum autem eo quod irreligioſus eſt, inſuper & homicidium perpetrauit, in

Petr⁹ adiurat ſatanam.

Sacra via Romę locus.

Sentẽtia mortis cõtra Apoſtolos Petrum & Paulum defi nita, vide Euſebium lib. 2 ca pite 25. Eccleſiaſtes.

cruce leuari. Nero dixit: Optime iudicasti. Educti sunt ergo Petrus & Paulus à cõspectu Neronis. Paulus igit decollatus ẽ in via Ostiẽsi. Petrus autem dum veniſſet ad crucem, ait: Do

Præcelſa Petri humilitas.

minus meus Ieſus Chriſtus de cœlo ad terrã deſcendẽs, recta cruce ſublimatus eſt, me aũt quẽ de terra ad cœlum vocare di gnat caput crux mea in terra debet oñdere, pedes vero ad cœ lum dirigere. Ergo qa nõ ſum dignus ita crucifigi, ſicut do

Martyrium Petri, crudele.

minus meus, gyrate crucem meam. Tunc illi verterunt cru cem, & pedes eius ſurſum fixerunt, manus vero deorſum. Conuenit autem innumerabilis multitudo, maledicens Cæ ſarem Neronem, ita vero furore plena, vt vellent ipſum Cæ ſarem incendere. Petrus autem prohibebat eos, dicens: Ante

Oratio Petri in cruce ad turbam circũſtan tem de præſciẽ tia mortis ſuæ

paucos dies rogatus à fratribus aſcendebam, & occurrit mihi dominus Ieſus Chriſtus, & adoraui eũ, & dixi: Domine quo vadis? Et dixit mihi: Sequere me, quia vado Rhomam, iterũ crucifigi. Et dum ſequerer eum, redij Rhomã. Et dixit mihi Noli timere, quia ego tecum ſum, quouſq; introducam te in domũ patris mei. Et ideo filioli, nolite impedire iter meum, iam pedes mei viam cœleſtem ambulant. Nolite triſtari ſed

Oratio eiuſdẽ ad dominũ Ieſum quę profecto decerz vnũ quemq; ep̃m

congaudete mecum, quia hodie laborum meorz consequar fructum. Et cum hæc dixiſſet, ait: Gratias tibi ago bone paſtor, quia oues quas mihi credidiſti, compatiuntur mihi, & ideo Petro vt participentur mecum de tua gratia, commendo tibi oues ꝗs mihi credidiſti, vt non ſe ſentiant ſine me eſſe qui te habent, & oro, vt ſemper auxilio tuo protegantur do

Obẽt Petrus

mine Ieſu Chriſte, per quem ego gregem hunc regere potui. Et hæc dicens, emiſit ſpiritum. Statim autem ibi apparuerũt viri ſancti, quos vnquàm nemo viderat ante, nec poſtea vi deri potuerunt. Iſti dicebant ſe propter ipſum de Hieroſoly mis adueniſſe, & ipſi vnà cum Marcello illuſtri viro, qui cre diderat, & relinquens Symonem Magum, Petrum ſequutus fuerat, abſtulerunt corpus eius occulte, & poſuerunt ad the rebyntum iuxta Naumaciam, in loco qui appellatur Vatica nus. Ipſi autem viri, qui ſe dicebant de Hieroſolymis adue niſſe, dixerunt ad omnem populum: Gaudete & exultate, qa patronos magnos meruiſtis habere, & amicos domini Ieſu Chriſti. Sciatis & iam Neronem regem peſſimũ poſt necem

Vatican' Romæ locus. Petrus & Paulus magni Romanorum patroni

Apostolorum regnum tenere nõ posse. Accidit autem post hæc vt odium sui exercitus, & populi Rhomani incurreret. Qui omnes hoc statuerũt, vt publice ligatus tãdiu cederetur, quousq; vt erat meritus expiraret. Quod cum peruenisset ad eum consilium, irruit in eum tremor & metus intolerabilis, & ita fugit, vt vlterius non appareret. Extiterunt autem, qui dicerent, quod in syluis dum erraret, fugiẽs, frigore nimio & fame diriguisset, & à lupis deuoratum esse. Sanctoꝝ autẽ Apostoloꝝ diu à Grecis corpora tollerent adorientẽ ferenda, extitit terræ motus nimius, cucurritq́ue populus Rhomanus & cõprehenderũt eos in loco q dicit Catacũba via Appia, miliario tertio. Et ibi custodita sunt corpora anno vno, & mensibus septem, quousq; fabricarent loca, in quibus eoꝝ corpora ponerent, & illuc reuocata sunt cũ gloria hymnoꝝ, & posita beati Petri per Papã Corneliũ in Vaticano Naumaciæ. Beati vero Pauli per Lucinam Christi famulã secũdo ab vrbe miliario in proprio eiusdẽ Lucinæ prædio in via Ostiensi. Dehinc elapsis à passiõe sanctoꝝ Apl'oꝝ ducẽtis ferè & quinquaginta annis, cũ diuina clemẽtia ecclesię suę pacẽ donare decreuisset, Constãtinus Augustũ lepra pcussit. Hic itaq; cũ p reuelationẽ cõmonitus, Syluestrum papã asciuisset, atq; eius prædicatione credens Christo, baptismatis vnda perfusus esset, continuo ab eius corpore vniuersus languor fugatus est. Moxq; per vniuersum orbem templa paganorum claudi imperauit, Christianis copiam diuina constituendi domicilia concessit. Tunc cũ ipse p loca singula plurima Christo sacraria construxisset, Romæ templũ Apollinis quod Vaticanum appellat in diuinũ versum oraculum, beati Petri nomine dedicauit, ibiq; eius sacratissimũ corpus summa cũ exultatione locauit, ac neutiquàm à quolibet tam pretiosus exinde thesaurus possit auferri, circa locum ipsum, quo beatum corpus cõcinetur tantum ęris Cyprij liquorem præcepit effundi, vt ex omni vndiq; latere, & tam supra q̃ subter ad quinq; pedum grossitudinẽ vastã molẽ efficeret, quæ nõ solũ minime rescindi, sed ne loco quidem possit moueri vllo modo. Supra æs autem ipsum, posuit crucem ex auro purissimo centum quinquaginta librarum. Pari & iam modo beatissimi quoq; Pauli corpus

Nero ob petm̃ in Apl'os Petrum et Paulũ cõmissum male perijt

Catacumba in via Appia

Petrus in Vaticano sepelit. Paul⁹ vero in via Ostiẽsi, vt de Euseb. lib. 2 ca. 25. eccl. hist.

Constantinus Imp. leprosus a Syluestro curatur

Constantinus templa Christianis cõcessit

Sarcophagus corpori diui Petri ptiosissimus a Constantino construitur.

corpus venerabile in Basilica, quam ipse eius honore constru xerat, sepeliuit. Ad quoꝝ sacra vestigia dum toto vndiq; mũ do fideles concurrunt, petitionũ suarꝝ eoꝝ meritis consequũ tur effectum. Passi sunt autem sancti Apostoli Petrus & Pau lus sub die tertia Calendarum Iuliarꝝ, regnante dño nr̃o Iesu Christo, qui cum deo patre & spiritu sancto viuit, & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

¶ Explicit passio sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

¶ Incipiunt capitula in vitam & miracula sancti Andreæ apostoli,

De Mattheo aplo, & q̃ in Mir mydona acta sunt 1
De cæco cui visum restituit 2
De puero suscitato 3
De Sostrato puero, cui mater crimen impegerat. 4
De Gratiano ac filio & vxore eius 5
De septem dæmonibus à Ni cæa expulsis 6
De mortuo suscitato 7
De cõmotiõe maris sedata 8
De latronib⁹ obstupefactis, 9
De his q̃ in naui credidert 10
De nuptijs puerorum 11
De Exoo & parẽtibus ipsi⁹ 12
De filio Carpiani debili 13
De mortuo ab eo resuscita to 14
De filio Medię & pueris eius, alijsq; infirmis sanatis 15
De debili filia cuiusdã sanata. 16
De dæmone expulso. 17
De Virino proconsule, & filio eius ac milite sanato 18
De serpente interfecto & mor tuo suscitato. 19
De reuelatõe passionis suę 20
De eo q̃ in mare cecidit 21
De Lisbyo proconsule & fide eius. 22
De Trosime & vxore procõ sulis 23
De quadraginta mortuis suscitatis, 24
De difficultate partus cuiusdã mulieris 25
De Sostrato & filio eius 26
De dæmoniacis sanatis ad bal neum 27
De Nicolao sene 28
De Antiphane & vxore & fi lijs eius 29
De Maximilla vxore pro consulis Egeæ 30
De debili sanato 31
De tribus cęcis illuminatis 32
De arido sanitati restituto 33
De puero Stratoclei fratris p consulis, 34

De p-

De proconsule ab itinere regresso. 35
De passione sancti apli. 36
De virtute sepulchri eius. 37
De reliquijs eius. 38

FINIS

PROLOGVS IN VITAM ET PASSIONEM diui Andreæ Apostoli.

INCLYTA SANCTORum Apostolorum trophæa nullũ latere fideliũ possunt, quia quædam exinde euangelica dogmata docẽt, quædã apostolici actus narrant. De quibusdã vero extant libri, in quibus propriæ actiones eoꝝ denotantur. De plerisq; em̃ nihil aliud, nisi passionũ scripta suscipimus. Nam repperi librum de virtutibus S. Andreæ Apostoli, qui propter nimiã verbositatẽ à nõnullis apocryphus dicebatur, de quo placuit, vt retractatis, enucleatisq; virtutibus, prætermissis his quæ fastidiũ generabant, vno tantũ paruo volumine admiranda miracula clauderẽtur, quæ & legentibus præstarent grãm, & detrahentiũ auferrent inuidiam, quia inuiolatam fidẽ non exegit multitudo verbositatis, sed integritas rationis & puritas mentis.

¶Incipiunt miracula sancti Andreæ Apostoli.

¶De Matthæo apl'o, & quæ in Mirmydona acta sunt. Ca. I.

IGitur post illũ dominicæ ascensionis nobilem, gloriosumq; triumphũ, quũ beati apostoli prædicare verbum dei, p diuersas regiones dispersi cœpissent. Andreas apostolus apud Achaiam prouinciã annuntiare dñm Iesum Christum exorsus est. Matthæus autẽ apl'us, quiq; Euangelista, Mirmydonæ vrbi verbũ salutis annũtiauit. Sed incolæ ciuitatis duri, indignè ferẽtes quæ de redẽptoris nostri virtutibus audiebant, ac sua nolentes destruere tẽpla, apprehensum beatũ apostolũ erutis oculis, circũdatũ catenis in carcerẽ detruserunt, vt interpositis paucis diebus interficerent. Venit aũt angelus dñi ad Andreã apostolũ, dicens: Surge & vade ad

Mar. vl. Luc. 24 Act. 1. Ephe. 4 Euse. li. 3. ca. 1. de eccles. hysto.

Mirmydonã ciuitatẽ,& erue fratrẽ tuũ Matthæũ de squalore carceris quo tenetur. Cui ille ait: Dñe ecce viã nescio, quo ibo? Et ille: Vade(inqt)ad littus maris,& inuenies ibi nauim, in quã statim ascende. Ego em̃ ero dux itineris tui. Fecit Andreas iuxta verbũ dñi,& inuenit in littore nauim, ascenditq; in eã,flantibus ventis congruis, prospere nauigauit ad vrbẽ. Ingressusq; portã ciuitatis,venit ad carcerẽ. Videns aũt Matthæũ aplm̃ in squalore carceris cũ alijs vinctis residẽtẽ,amarissimè fleuit. Et facta oratiõe simul,dixit Andreas: Dñe Iesu Christe quẽ fideliter prædicamus,& ob cuius nomẽ tanta perimus,qui cæcis visum,surdis auditũ,paralyticis gressum,leprosis munditiã,mortuis vitã, immensa clemẽtia largiri dignatus es,aperi quæso oculos serui tui ad annuntiandũ verbũ tuũ. Et statim locus ille intremuit,& lux magna refulsit in carcere,& oculi beati apostoli restaurati sunt,& cunctorũ catenæ confractæ sunt,& trabes in quapedes eorũ coartauerant scissa est,& oẽs magnificabant deũ, dicentes: Quia magnus est deus quẽ prædicant serui eius. Tunc educti per beatũ Andream de carcere,abijt vnusquisq; ad propria sua. Matthæus aũt recessit à loco illo. Deniq; Andreas aplus p̃dicabat incolis verbũ domini Iesu. Cognoscentes aũt homines illi de carceris vinctis quæ acta fuerant,apprehẽsum Andreã,ligatis pedibus trahebant per plateas ciuitatis. Iam em̃ capilli capitis eius euellebantur,& sanguis defluebat à capite,& orauit ad dñm, dicens: Aperi quæso domine oculos eorum,vt cognoscãt deum verum,& desistãt ab hac iniquitate,& ne statuas illis hoc in peccatum,quia nescium quid faciunt. Et statim timor magnus factus est super habitatores ciuitatis illius,& dimisso apostolo,dicebant: Peccauimus in te,nescientes quid fecerimus. Rogamus ergo domine,vt dimittas nobis delictum,& ostendas nobis viam salutis, ne decidat ira dei super ciuitatẽ hanc. Hæc em̃ dicentes, prostrati erant solo ante pedes Andreæ. Quibus ille erectis prædicabat dominum Iesum Christum,& miracula quæ fecit in hoc mundo,& qualiter hunc mundum iam pereuntem proprio cruore redemit. At illi credentes,baptizati sunt,in nomine patris,& filij,& spiritus sancti,accepta remissione peccatorum.

Oratio diui Andreæ ad dominũ pro diuo Dat.

Miraculũ ingens.

Oratio diui Andreæ pro inimicis exemplo Iesu Christi & diui Stephani Luc. 23 Acto. 7

¶Mira

¶Miraculū de cæco, cui visum restituit. Cap. II.

ANdreas aūt recedens ab eo loco, venit in regionem suā. Quumq; deambularet cū discipulis suis, accessit cæcus quidā, & ait: Andrea apl̄e dei, scio quia potes mihi reddere visum, sed nolo eū recipere, tantū deprecor vt iubeas his qui tecū sunt, cōferre mihi pecuniam, de qua vestitū habeā sufficientem & victū. Cui beatus Andreas: Vere (inquit) cognosco, quia non est hæc vox hominis, sed diaboli, qui nō sinit istū hominē recipere visum. Et cōuersus, tetigit oculos eius, & cōfestim recepit lumē, & magnificabat deū. Quūq; indumentū haberet vile & hispidū, ait apl̄us: Auferte ab eo vestimēta sordida, & date ei indumētū nouū. Expoliantibus sæpe, ne oībus, ait apl̄us: Quod sufficit hæc accipiat. Et fic accepto vestimēto, gr̄as agēs rediit ad domū suā.

Andreas cæcū illuminat in nomine Iesu.

¶Miraculū de puero suscitato. Cap. III.

DEmetrio aūt primo ciuitatis Amaseoꝝ erat puer Aegyptius, quem vnico amore diligebat. Orta autem in eo febre, spiritum exhalauit. Deniq; Demetrius audiens signa quæ faciebat beatus apostolus venit ad eū, & procidens cum lachrymis ante pedes eius, ait: Nihil tibi difficile confido vir dei, Ecce em̄ puer meus quem vnicè diligebam, mortuus est, & rogo, vt adeas domū meam & reddas eū mihi. Hæc audiens beatus apostolus, condolens lachrymis eius, venit ad domū in qua puer iacebat, & p̄dicans diutissime ea, quæ ad salutē populi pertinebāt, cōuersus ad feretrū, dixit: Tibi dico, surge & sta sanus puer in nomine Iesu Christi filij dei. Et confestim surrexit puer Aegyptius, & reddidit illum dño suo. Tunc omnes qui erant increduli, crediderunt dño, & baptizati sunt ab apostolo sancto.

Andreas mortuum suscitat.

¶Miraculum de Sostrato puero, cui mater crimen impegerat. Cap. IIII.

PVer quidam, Sostratus nomine, Christianus, iā venit secretius ad beatū Andreā, dicēs: Mater mea cōcupiuit speciei meæ formā, & iugiter me insectat, vt commiscear ei, q̄d ego infandū execrās, refugi. At illa felle cōmota, abijt ad procōsulē vt crimē suū, p̄ijciat in me: scio q̄a quū accusatus fuero, nihil rñdebo; satius eī duco vitā amittere

q̃ matris detegere crimen. Nunc tibi hæc cõfiteor, vt digneris pro me dñm exorare, ne innocẽs careã præsenti vita. Hæc eo dicente, venerũt ministri proconsulis accersientes eũ. Beatus vero ap'lus facta oratione, surrexit, & abiit cũ puero. Mater autem instanter accusabat eum, dicens: Hic domine proconsul oblitus maternæ pietatis affectus, stuprose in me conuersus est, & vix potui eripi, ne ab eo violarer. Cui ait procõsul: Dic puer, si vera sunt ista, quæ mater tua prosequitur. At ille tacebat. Iteꝝ atq; iteꝝ procõsul interrogabat, & nihil ille respondit. Durante aũt illo in silentio, proconsul habebat cũ suis consilium quid ageret. Mater autẽ pueri cœpit flere. Ad quam beatus Andreas ait: O infelix, quæ fletus emittis amaritudinis ob stuprũ, quod in filium agere voluisti, quam in tantum concupiscentia præcipitauit, vt vnicum amittere filium libidine inflammante non metuas? Hæc eo dicente, ait mulier: Audi proconsul, postquam filius meus hæc agere voluit, homini huic adhæsit, & non discessit ab eo. Proconsul autem de his ira commotus, iussit puerum in eculeum parricidæ concludi, & in flumen proiici, Andream autẽ in carcere retrudi, donec excogitato supplicio & ipsum perderet. Orante autẽ beato Andrea ap'lo, terræmotus magnus cũ tonitruo graui factus est, & procõsul de sede cecidit, & oẽs terræ decubuerũt, Mater vero pueri percussa aruit, & mortua est. Tunc procõsul. prostratus pedibus sancti apostoli, ait: Miserere pereuntibus famule dei, ne nos terra deglutiat. Orãte aũt beato ap'lo, cessauit terræmotus, fulgura quoq; ac tonitrua quieuerũt. Ipse autem circuiens eos, qui turbati iacebãt, cũctos reddidit sanos. Proconsul aũt suscipiens verbũ dei, credidit cum omni domo sua, & baptizati sunt ab apostolo dei.

Terræmotus mirabilis ac horribilis

¶ Miraculũ de Gratiano ac filio & vxore eius. Ca. V.

GRatini quoq; Senopinsis filius, dum in balneo mulierum lauaretur, à dæmonio perdito sensu graiter cruciabatur. Gratianus autem misit epistolã ad procõsulẽ, ĩ qua rogabat, vt Andreã exoraret ad se veniret. Sed & ipse ap'phẽsus febre grauiter ægrotabat, vxor vero eius Abydrope intumuerat. Deꝑcãte igit procõsule. Andreas ascẽso vehiculo venit ad ciuitatẽ: quũq; veniisset ĩ domũ Grati-

Gratini, conturbauit ſpūs malignus puerū, & venit, & cecidit ante pedes Apoſtoli. Quem ille increpans, diſcede (inqt) humani generis inimice, à famulo dei. Et ſtatim multū clamans: diſceſſit ab eo. Et veniens ad ſtratum viri, dixit: Recte ægrotas incōmodè, qui relicto proprio thoro miſceris ſcorto. Surge in nomine dñi Ieſu Chriſti, & ſta ſanus, & noli vltrà peccare, ne maiorem ægrotationē incurras. Et ſanatus eſt. Mulieri quoq; dixit: Decepit te (ó mulier) concupiſcentia oculorum, vt relicto coniuge, alijs miſcearis. Et ait: Dñe Ieſu Chriſte deprecor piam miſericordiā tuam, vt exaudias ſeruū tuū, & præſtes, vt ſi hæc mulier ad ſcænum libidinis (quod prius geſſit) fuerit reuoluta, non ſaneſ omino. Certe ſi ſcis domine (cuius potentia & iam futura prænoſcunt) quod ſe abſtinere poſſit ab hoc flagitio, te iubente ſaneſ. Hæc eo dicente: Diſrupto per inferiorē partē humore ſanata eſt cū viro ſuo. Beatus aūt Apſus fregit panē, & dedit ei: Quæ grās agens, accepit, & credidit in dño, cū oñi domo ſua, nec deinceps illa, vel vir eius ſcelus quod prius admiſerāt, perpetrarunt. Miſit quoq; poſtea magna munera Gratinus ſancto Apoſtolo per famulos ſuos, ipſeq; poſt modū ſecutus eſt cum vxore. Proſtratiq; coram eo, rogabāt vt acciperet munera eorū. Quibus ille ait: Nō eſt meū hæc accipere dilectiſſimi, ſed potius veſtrū eſt ea indigētibus erogare. Et nihil accepit ex his quæ offerebant.

Johan. 5.

Eſaiæ 46

Andreas meſdet malæ cōcupiſcentiæ

Munera contempſit ſanctus Andreas

¶ Miraculū de ſeptē dæmonibus à Nicæa expulſis. Ca. VI.

Deluſio dæmonum gnicioſa.

POſt hæc ad Nicæā proficiſcit, vbi erant ſeptē dæmones inter monumēta commorantes, ſita ſecus viam. Homines quoq; prætereuntes meridie, lapidabāt, & multos iam nece mortis affecerāt. Veniente aūt beato Apoſtolo exijt, ei obuiā tota ciuitas cum ramis oliuarum, proclamantes laudes, atq; dicentes: Salus noſtra in manu tua eſt, ó homo dei. Et exponētibus omnē ordinē rei, ait beatus Apoſtolus: Si creditis in dñm Ieſum Chriſtū filium oñipotētis dei cum ſpiritu ſancto vnū deū, liberabimini eius auxilio, ab hac infeſtatione dæmoniorum. At illi clamabāt, dicentes: Quæ cūq; prędicaueris, credimus, & obediemus iuſſioni tuæ, tm̄ vt liberemur ab iſta tentatōe. At ille grās agens deo pro fide illorū, iuſſit ipſe, vt dęmones in cōſpectu omnis populi aſſi-

fterent. Qui venerunt in ſimilitudinẽ canum. Conuerſus autem beatus Apoſtolus, ait: Ecce dæmones, qui aduerſati ſunt vobis. Si aũt creditis quod in nomine Ieſu Chriſti poſſim eis imperare, vt deſiſtãt à vobis, confitemini corã me. At illi clamauerũt, dicẽtes: Credimus Ieſum Chm̃ filiũ dei eſſe, quem prędicas. Tunc beatus Andreas imperauit dęmonibus, dicẽs: Ite in loca arida & infructuoſa nullũ penitus hoĩem nocẽtes, neq; acceſſum habẽtes vbicũq; nomen dñi iuocatũ fuerit, donec accipiatis debitũ ſuppliciũ ignis æterni. Hæc eo dicente dæmones dato rugitu euanuerũt ex oculis aſtantiũ, & ſic ciuitas liberata eſt. Baptizauit aũt illos btũs Apl̃us, & inſtituit eis epm̃ Caliſtũ, virũ ſapientẽ, & irrepheñſibiliter cuſtodientẽ, quæ à doctore olim ſuſceperat.

Dęmones per diuum Andream virtute Jeſu Chriſti coercentur

Qualis ſit epiſcopus

¶ Miraculum de mortuo ſuſcitato Ca. VII.

DEnicq; appropinquante portam Nicomediç, ecce efferebat mortuus in grabbato, cuius pater ſenex ſeruoq; ſuſtentabat manibus, vix obſequiũ funeris valens impẽdere. Mater quoq; hac ætate grauata ſparſis crinibus ſequebat eiulãdo cadauer, dicẽs: Væ mihi, cuius vſq; ad hoc tps ætas producta eſt, vt funeris mei apparatũ in filij funus expendam. Cumq; hæc & his ſimilia deplorãtes cadauer vociferando proſequerent. Affuit Apoſtolus dei, cõdolensq; lachrymis eorum ait: Dicite mihi (quæſo) quid huic puero contigit, vt ab hac luce migrauit? At illis præ timore nihil reſpondentibus, à famulis Apoſtolus hæc audiuit. Dum eſſet (inquiunt) iuuenis iſte in cubiculo ſolus, aduenerũt ſeptẽ canes, & irruerunt in eum, ab his miſerrime diſcerptus, cecidit, & mortuus eſt. Tũc btũs Andreas ſuſpirãs, & in cœlũ oculos erigens, cũ lachrymis ait: Scio dñe, qa dæmonum eoq; fuerunt inſidiæ, quos expuli à Nicæa vrbe. Et nunc rogo Ieſu benigne, vt reſuſcites eum, ne gaudeat aduerſarius humani generis de eius interitu. Et hæc dicens, ait ad patrem: Quid dabis mihi, ſi reſtituero eum tibi ſaluum? Et ille: Nihil eo habeo pretioſius, ipm̃ enim dabo ſi ad vitam ſurrexerit, te iubente: Beatus vero Apoſtolus iteq; expãſis manibus ad cœlum orauit, dicens: Redeat (quæſo) dñe anima pueri, vt iſto reſuſcitato, relictis cunctis Idolis ad te conuertantur, fiatq; eius viuifi-

Pia diui Andreæ ad Jeſum pro mortuo ſuſcitando oratio

catio

catio salus omnium pereuntium, vt iam non subdant morti, sed tui effecti vitã mereant æternã. Respondentibus fidelibus amen, cõuersus ad feretrũ ait: In nomine Iesu Christi surge, & sta sup pedes tuos. Et statim admirãte ppl'o surrexit, ita vt omnes q aderant voce magna, clamarent. Magnus est deus Christus, quem prædicat seruus eius Andreas. Parentes autẽ pueri magna munera dederũt filio suo, quæ beato Apl'o obtulit, sed ille nihil ex his accepit. Puerꝝ tm̃ secũ vsq; ad Macedoniam abire præcipiens, salutaribus verbis instruxit.

Mortuum alium suscitat diuus Andreas, virtute Iesu Christi

¶ Miraculum de commotione maris sedata. Ca. VIII.

EGressus inde Apostolus domini, nauim conscẽdit, ingressusq; Hellespontũ fretum nauigabat, vt veniret Bizantiũ. Et ecce commotũ est mare, & incubuit sup eos vẽtus validus, & mergebat nauis. Deniq; prẽstolantibus cũctis periculũ mortis, orauit beatus Andreas ad dominũ, præcipiensq; vento siluit, fluctus aũt maris quieuerunt & tranquillitas data est. Ereptiq; omnes à præsenti discrimine Bizantium peuenerunt.

Andreas præcepit vẽtis trãquilitarem

¶ Miraculum de latronibus obstupefactis. Ca. IX.

INde ꝓgressi sunt vt venirẽt Thraciã, & apparuit eis multitudo hoim à lõge cũ euaginatis gladijs lãceas manu gestãtes, quasi volẽtes in illos irruere. Qđ cum vidissent Andreas Apl's, faciẽs crucis signũ cõtra eos, ait: Oro dñe, vt decidat pf eoꝝ q hæc eos agere instigauit, cõturbent virtute diuina, ne noceãt sperãtibus in te. Hæc eo dicẽte, angelus dñi cũ magno splẽdore prẽteriẽs, tetigit gladios eoꝝ, & corruerũt proni in terrã. Trãsiẽsq; btus Apl's, cũ suis, nihil est nocitus. Omnes em̃ proiectis gladijs adorabãt eũ. Angelus aũt dñi discessit ab eis cum magno lumine clariratis.

Virtus signi sancte crucis valde mirabilis

¶ Miraculũ de his q crediderunt in naui. Ca. X.

SAnctus vero Apl's ad Berinthũ puenit ciuitatẽ Thraciæ maritimã, & inuenit ibi nauim q̃ in Macedoniã ꝓperaret. Apparuit em̃ ei iterꝝ angelus dñi, & iussit eũ ingredi nauim. Tũc ꝓdicãte verbũ dei in naui credidit Nauta in dñm Iesum Chr̃m, & omnes q cũ illo erãt, & glorificabat Apl's sanctus deũ, qđ nec in mari defuit q audiret ꝓdicationem eius, aut qui crederet filium dei omnipotentis.

Vbiq; locorum accipitur verbum domini

¶ Miracu

¶Miraculum de nuptijs puerorꝫ. Cap.XI.

FVerunt autem duo viri in Philippis frēs, & vni quidem erant duo filij, alteri filiæ duæ, qbus erat facultas magna, eo ꝙ essent nobiles valde. Dixitq; vnus ad alterem: Ecce sunt nobis opes eximiæ, & non est de ciuibus, qui dignè copulet generationi nostræ, sed veni vt fiat nobis vna domus ex omnibus, filij mei accipiāt filias tuas, vt opes nostræ facilius coniungant. Placuit hic sermo fratri, & inito fœdere obligauerunt hanc conuentionē per Arrabonē, quam pater puerorꝫ misit. Dato igit die nuptiarꝫ, factum est verbum dñi ad eos, dicens: Nolite coniungere filios vestros, donec veniat famulus meus Andreas. Ipe em vobis ostendet quæ agere debeatis. Iam em præparatus erat, & conuiuæ vocati, & oīe apparatum nuptiale in promptu tenebatur. Tertia vero die aduenit beatus Apostolus, & videntes eum, gauisi sunt gaudio magno. Et occurrentes illi cū coronis procidere runt ante pedes eius, atq; dixerunt. Te attoniti præstolamur famulæ dei, vt venias & annunties nobis quid faciamus. Accepimus em verbum opperiri te, & ne ante cōiungerent filij nostri, quàm tu venires, indicatū est nobis. Erat tunc vultus beati Apostoli tanq̄ sol relucens, ita vt oīes admirarent & honorarent eum. Quibus ait Apostolus: Nolite filioli, nolite seduci, nolite decipere hos iuuenes, quibus potest fructus apparere iustitiæ, sed magis pœnīam agite, quia deliquistis in dñm vt proximos sanguine velletis coniugio copulare. Non nos nuptias auertimus aut mutamus, cum ab initio deus masculū iungi præcepisset & fœminā, sed potius incesta damnamus. Hæc eo dicente, commoti parentes eorꝫ, dixerunt: Oramus te vt deum depreceris pro nobis, quia nescientes fecimus hoc delictum. Adolescentes autem vidētes vultū Apostoli splendere tanq̄ vultum angeli, dicebāt: Magna & immaculata est doctrina tua vir beate, & nesciebamus. Verum enim cognouimus, quia deus loquitur in te. Quibus sanctus Apostolus ait Custodite sine pollutione quæ audistis, mercedem operis vestri idem sempiternam vitam accepturi, quę nullo claudit fine. Hæc dicens Apūs, & benedicens eos, siluit.

Nuptiæ non sunt malæ, sed licet? sunt mali
Gene.1.2
Matthæ.19
Marc.10
Ephe.5.
1.Cor.6

Matthę.10
Marc.13
Lucæ.12.

¶Miraculum de Exoo & parentibus eius. Ca.XII.

Erat

ERat quidã iuuenis in Thessalonica nobilis valde & diues opibus, Exoos nomine, hic venit ad apl'm, nescientibus parentibus suis, & procidẽs ad pedes eius, rogabat eũ, dicens: Ostende mihi q̃so famule dei viã veritatis, cognoui em̃ ꝙ verus minister eius sis, q te misit. Sãctus vero apl'us p̃dicauit ei dñm Iesum Christũ, & credidit adolescens, adhærens sancto apl'o, nihilq; de parentibus meminẽs, neq; de facultatibus aliquã impendẽs solicitudinẽ. Parẽtes autem requirentes eũ, audierũt ꝙ in Philippis cũ apl'o moraret, & venientes cũ muneribus, rogabant vt separaret ab eo, sed nolebat, dicens: Vtinã nec vos has opes haberetis, vt mundi cognoscẽtes authorẽ, qui est verus deus, erueretis animas vestras ab ira futura. Sanctus vero apl'us descendit de Tristega, & p̃dicabat eis verbũ dei. Sed non audientibus, rediit ad puerũ, & clausit ostia domus. At illi cõuocata cohorte, venerunt, vt incẽderẽt domũ illã, in qua erat iuuenis, dicentes: Intereat puer, qui reliquit parentes & patriã. Et adhibẽtes fasces carectæ, scyrpiq; & faculaꝝ, cœperunt succendere domũ. Et quũ iam flamma ferretur in altum, arrepta adolescens ampulla, ait Domine Iesu Christe, in cuius manu omniũ elementorũ natura consistit, qui arentia inficis, & infecta arescere facis, qui ignita refrigeras, & extincta succendis, tu extingue hos ignes, vt tui non tepescant, sed magis accendãtur ad fidẽ. Et hæc dicens, expersit desuper aquã de ampulla, & statim omne incendium ita sopitum est, ac si non fuisset accensum. Quod videntes parentes pueri, dicebant: Ecce iam filius noster Magus effectus est. Et adhibentes scalas, volebant ascendere in Tristega, vt eos interficerent gladio. Dominus autem excæcauit eos, ne viderent ascensum scalarum. Quumq; in hac aduersitate durarent, quidam Lisimacus è ciuibus ait: Vt quid viri vos casso labore cõsumitis? Deus enim pugnat pro viris istis, & vos non cognoscitis? Sinite ab hac stultitia, ne vos cœlestis ira consumat. Hæc eo dicente, compuncti omnes corde, dicebant: Verus deus est, quem isti colunt, quem & nos persequi tentauimus. Hæc eis dicentibus, quũ iam tenebræ noctis aduenissent, subitò lumen effulsit, & oculi omnium illuminati sunt. Ascendentesq; vbi erat Apostolus Christi, inuenerunt

Sequutus est hic iuuenis Christũ dicentẽ, Si vis pfectus eẽ, vade, et vende oĩa quæ habes ⁊ da pauperib, et habebis thesaur in cœlo, et veni seq̃re me. Mat. 19 Mar. 10 Lucæ. 18

Judith 9 Piissima oratio et fide plenissima.

Incendiũ miraculose extinguitur, veluti Danielis. 3

Simile dicit Exodi. 14 Josue. 23

eum orantem. Proſtrati quoq; in pauimento, clamabant, dicentes: Quæ ſumus dñe, vt ores pro ſeruis tuis, qui errore ſeducti ſunt. Tãta em̃ omnes cõpunctio cordis attigerat, vt diceret Lyſimachus: Vere Chrũs eſt filius dei, quẽ p̃dicat ſeruus eius Andreas. Tunc erecti, ab apl̃o corroborati ſunt in fide. Tantũ parentes pueri non crediderũt, qui execrantes adoleſcentẽ, regreſſi ſunt in patriam, ſubdentes omnia, quæ habebant publicis ditionibus. Poſt dies autẽ quinquaginta, vnius horæ momẽto expirauerũt. Et poſt hæc pro eo quod diligerent, omnes viri ciuitatis, adoleſcentẽ, propter bonitatem & manſuetudinẽ eius, omne patrimoniũ ei cõceſſum eſt à publico, & erat poſſidẽs cũcta q̃ habuerãt parẽtes eius, non tamen ab apl̃o diſcedebat, ſed fructus p̃dior̃ in pauper̃ neceſſitatibus & curis indigentium expendebat.

¶ Miraculum de filio Carpiani debili. Cap. XIII.

Rogauit autem adoleſcens beatum apoſtolũ, vt proficiſcerentur ſimul in Theſſalonicam. Et quum veniſſent illuc, cõgregati ſunt omnes ad eũ, gaudebãt em̃ videntes puer̃. Tunc congregatis omnibus, in theatrũ, prædicabat eis puer verbũ dei, ita vt fleret apl̃us, & admiraret prudentiã eius. At illi clamauerũt, dicentes: Salua filiũ Carpiani ciuis noſtri, q̃ valde ægrotat, & credimus in Ieſum quẽ p̃dicas. Quibus ait ſanctus apl̃us: Nihil impoſſibile apud deũ, ſed tm̃ vt credatis, adducite eũ in conſpectu noſtro, & ſanabit illum dñs noſter Ieſus Chriſtus. Tunc p̃ eius abiit ad domũ ſuã, & dixit ad puer̃: Hodie ſanus eris fili dilectiſſime Adimanthe (hoc em̃ erat nomẽ pueri). Qui ait ad patrem: Verum em̃ effectũ eſt ſomnium meum. Nam ego vidi per viſum virũ hunc, qui me ſanũ redderet. Et hæc dicẽs, induit veſtimenta ſua, ſurrexitq; à grabato, & pergebat ad theatrum curſu veloci, ita vt non poſſit à parentibus aſſequi. Et, p cidens ad pedes beati apoſtoli, gratias agebat pro ſanitate recepta. Populi aũt ſtupebant videntes eũ poſt vigintitres annos ambulantem, & glorificabant deum, dicentes: Quia non eſt ſimilis deus Andreæ.

Matt. 19
Marc. 10
Luc. 1. 17

Sanat ægrotus a ſancto Andrea.

¶ Miraculum de puero à dæmone ſuffocato, ab apoſtolo ſuſcitato. Cap. XIIII.

VNus aũt ex ciuibus cuius filius habebat ſpm̃ immũ dũ, rogabat beatũ apl'm, dicẽs: Sana (q̃ſo) vir dei filiũ meũ, qa male à dæmonio vexat. Dæmon vero ſciẽs futurꝫ, ſe eiẽci, ſeduxit puerꝫ in ſecretũ cubiculũ & ſuffocauit eũ, laqueo extorquẽs animã eius. Deniq; pater pueri cũ inueniſſet illũ mortuũ, fleuit multũ, & ait amicis ſuis: Ferte cadauer ad theatrũ, cõfido eñ q; poterit reſuſcitari ab hoſpite qui p̃dicat deũ verꝫ. Quo delato, & poſito corã apl'o, narrauit ei qualr interfectus eſſet à dæmone, dicẽs: Credo homo dei, q; etiã à morte p te poſſit reſurgere. Cõuerſus aũt ad populũ apl'us, ait: Quid vobis proderit Theſſalonicẽſes, quũ hæc fieri videris, ſi nõ creditis? At illi dixerũt: Ne dubites vir dei, qa iſto reſuſcitato, oẽs credimus: Hæc illis dicentibus, ait apl'us: In noĩe Ieſu Chriſti, ſurge puer. Et ſtatim ſurrexit. Et ſtupefactus oĩs populus, clamabat, dicens: Sufficit, Nunc credimus cuncti deo illi quẽ prædicas famule dei. Et deducentes eũ ad domũ cum facibus & lucernis (eo q; iã nox aduenſſet,) introduxerũt eũ in domũ ſuam, vbi per triduũ inſtruxit illos, de his, quæ dei erant.

Mortuũ aliã ſuſcitat diuus Andreas.

¶ Miraculum de filio Mediæ & pueris eius, aliſq; infirmis ſanatis. Cap. XV.

VEnit ad eũ quidã vir de Philippis, Medias nomĩe, cuius filius in debilitate nimia ægrotabat, & ait ad apl'm: Deprecor ò homo dei, vt reſtituas mihi filiũ meum, qa debilitatus eſt corpore. Et hæc dicens, flebat valde. Btũs vero apl's abſtergẽs genas eius, & caput manu demulcẽs, dicebat: Cõfortare fili, tm̃ crede, & implent voluntates tuæ. Tunc apprehẽdẽs manũ eius ibat in Philippis. Quũq; ingrederet portam ciuitatis, occurrit ei ſenex, rogans pro filiis quos pro culpa ineffabili Medias carcerali ſupplicio detruſerat, & erant vlceribus putrefacti. Cõuerſus autem ſanctus apoſtolus ad Median, dixit: Audi homo, Tu deprecaris, vt ſanet filius tuus, cũ apud te vincti retineantur, quorum iam ſunt carnes exeſæ, & ideo ſi preces tuas ad dominum vis proficiſci, abſolue prius miſerorum catenam, vt & filius tuus à debilitate laxetur. Iam video impedimentum ferre pre-

Dar.9 Luc.8

precibus meis, malitiam quã exerces. Tunc Medias procidit ad pedes eius, & deosculans, ait: Absoluantur hi duo & alij septem de quibus nihil audisti, tantum vt sanetur filius meus. Et iussit eos in conspectu beati apostoli exhiberi. At ille imponens eis manus, & per triduum abluens vulnera eorum, sanitati restituit, libertatiq; donauit. Postera vero die ait ad puerum: Surge in nomine dñi Iesu Christi, qui me misit vt medear infirmitati tuæ. Et apprehensa manu eius, leuauit eum. Qui statim surrexit, & ambulabat, magnificans deum. Vocabat enim puer Philionédis, qui vigintiduobus annis fuerat debilis. Clamantibus autem populis, & dicentibus, Et nostris medere infirmis famule dei Andrea. Ait apostolus ad puerũ: Vade per domos ægrotantium, & in nomine Iesu Christi, in quo sanatus es tu, iube eos exurgere. At ille, admirantibus populis, abijt per domos infirmorum, inuocatoq; Christi nomine, restituebat eos sanitati. Credidit autem omnis populus, offerensq; ei munera, rogabant vt audirent verbum dei. Beatus vero Apostolus prædicabat deum verum, nihilq; de muneribus accipiebat.

Infirmi passim curantur p̃ sanctũ Andreã nomine domini.

Siquidẽ gratis dedit, quæ gratis acceperat

¶ Miraculum de debili filia cuiusdã sanata. Ca. XVI.

DEniq; Nicolaus quidam è ciuibus exhibens carrucam deauratam cũ quatuor mulis cãdidis, equisq; eiusdem numeri & coloris, obtulit beato apostolo dicẽs: Hæc accipe famule dei, quia nihil repperi interres meas his amabilius, tantum vt sanetur filia mea, quæ nimio cruciatu vexatur. Cui subridens beatus apostolus, ait: Accipio quidẽ munera tua Nicolae, sed non hæc visibilia. Nã si pro filia, q̃ pretiosa in domo tua habebas, offeres, quãto magis pro anima debes? Ego enim hoc à te accipere cupio, vt homo ille interior agnoscat verum deum factorem suum, creatoremq; omnium, qui terrena respuat, & æterna desideret, q̃ caduca negligat, diligat sempiterna, qui illa quæ videntur abnuat, & ea quæ non videntur contemplatione spiritalis intẽtionis aduertat, vt cum his exercitato sensu iungeris, vitam æternam consequi merearis, filiaq; hic sanitati reddita, & iam in illo æternitatis gaudio perfruaris. Hæc eo dicente, persuasit omnibus, vt relictis Idolis, deum verum crederent. Filiam

Doctrina diui Andreæ pietate plena.

q̃q

quoq; ipſius Nicolai ſanauit ab infirmitate qua tenebatur, & oñes magnificabãt eũ, pcurrente p totã Macedoniã fama de virtutibus quæ faciebat ſuper infirmos.

¶ Miraculum de dæmone expulſo. Ca. XVII.

SEquenti vero die dicente eo: Ecce quidã adoleſcens exclamauit voce magna, dicẽs: Quid tibi & nobis Andrea famule dei? Veniſti vt nos à propriis ſedibus exturbares? Tunc beatus Apſtus vocato ad ſe iuuene, ait: Enarra author criminis, q̃d ſit opus tuũ. Et ille: Ego (inquit) in hoc puero ab adoleſcẽtia eius inhabitaui, ſuſpicãs, q̃ nunq̃ ab eo recederẽ. Die aũt tertio, audiui patrẽ illius dicentẽ amico ſuo: Vadã ad hoiem famulum dei Andreã, & ſanabit filiũ meũ. Nũc aũt timẽs cruciatus, quos nobis infers, veni vt egrediar ab eo corã te. Et hæc dicens, proſtratus ſolo ante pedes Apſli exijt à puero, & ſanatus eſt, & ſurgens, glorificabat deũ. Tantã em̃ grãm præſtitit deus ſancto Apſlo, vt ſponte oñes venirẽt ad audiendũ verbũ ſalutis, & dicerent: Enarra nobis homo dei, quis eſt verus deus, in cuius noĩe nr̃os curas infirmos. Sed & philoſophi veniebãt & cõquerebãt cum eo & nemo poterat reſiſtere doctrinæ eius.

Simile eſt. 2 Marc. 1. Lucæ. 4.

Magnam gratiam a deo datã eſſe diuo Andreæ in prædicando verbo diuino Luc. 11.

¶ Miraculum de Virino proconſule & filio eius, ac milite ſanato. Cap. XVIII.

CVm hæc aũt agerent, ſurrexit q̃dam inimicus prædicationis Apſlicæ, & venit ad proconſulẽ Virinũ, dicens: Surrexit homo iniquus in Theſſalonica qui tẽpla deor̃ prædicat deſtrui, cęremonias reſpui, & oñia priſcæ legis decreta cõuelli, vnũ deũ tm̃ prædicat coli, cuius ſe & iam famulũ proteſtat. Hæc audiẽs proconſul, miſit milites cũ equitibus, q̃ eũ exhiberent in cõſpectu eius. Qui venientes ad portã, didicerunt in qua domo cõmoraret Apſtus. Ingrediẽtes aũt, cũ vidiſſent vultũ eius fulgore nimio reſplendere, timore pterriti ceciderũt ante pedes eius. Bt̃us vero apoſtolus narrabat audiẽtibus, q̃ de eo procõſuli nũtiata fuiſſent. Et veniẽtes populi cum gladijs & fuſtibus volebãt milites interficere, ſed prohibuit eos ſanctus Apoſtolus. Proconſul em̃ veniens, cum nõ inueniſſet beatum Apoſtolũ in ciuitate, qua præceperat, fremuit vt leo, & miſit alios viginti. Et ipſi aſcen

Diuus Andreas miraculoſe capi nõ potuit ab inimicis

ctum dei, & nihil nocuit. Videntes autem hæc populi, dederunt gloriam deo. Proconsul iussit iterum dimitti thaurum. Qui à trigīta militibus adductus, & à duobus venatoribus impulsus. Andreā non attigit, sed venatores in frusta discerpsit, & dans mugitū, cecidit, & mortuus est. Et acclamauit populus, dicens: Verus deus Christus. Dum hæc agerent, angelus dñi visus est descendisse de cœlo, & confortabat sanctū Apostolum in stadio. Deniq; procōsul feruēs ira, iussit leopardū ferocissimū dimitti. Qui dimissus reliqt pplm, & ascendēs ad fedē procōsulis, arripuit filiū eius, & suffocauit eū. Tanta'q; insania cōsulē obtinuerat, vt nihil de his aliqd, aut doleret, aut diceret. Tūc beatus Apostolus cōuersus ad populum, ait: Cognoscite nūc, quia verę deum colitis, cuius virtute bestiæ superatæ sunt, quem nūc Virinus procōsul ignorat. Sed ego vt facilius credatis, & iam filiū illius in nomine Iesu Christi, quē p̄dico, suscitabo, vt cōfundat stultissimus pater eius. Et prostratus in terrā, diutissimè orauit, apprehēsa'q; manu, suscitauit eū. Hæc vidētes populi magnificauerūt deū, & voluerunt Virinum interficere, sed p̄missi nō sunt ab Ap̄lo. Virinus aūt confusus, discessit in prætorium suum.

Alium mortuum suscitat diuus Andreas.

¶ Mira. de serpēte interfecto & mortuo suscitato. Ca. XIX.

His ita gestis, adolescens q̄dā qui erat iā cū Ap̄lo, indicauit matri suæ q̄ facta erāt, & accersiuit eā, vt veniret ad occursum sancti. Quæ accedēs, p̄cidit ad pedes eius, & q̄rebat, & audiret verbū dei. Cui cū satis factū fuisset de prædicatōe, rogauit, vt accederet ad agrū eius in quo serpēs mirę magnitudinis erat, q̄ totā regionē illā deuastabat. Appropinquāte aūt pp̄lo, sibila magna emittēs, venit erecto capite obuiam. Erat eñ longitudo eius, quinquaginta cubitorum, vt omnes qui aderant metu terrerentur, & terræ decubarent. Tunc sanctus dei, ait ad eum. Abde caput funeste quod erexisti in principio ad perniciem generis humani, & subde te famulis dei, & morere. Et statim serpens emittens grauem rugitum, circundedit quercum magnā quę propinqua erat, & obligans se circa eam euomens riuum veneni cum sanguine expirauit. Sanctus vero Apostolus peruenit ad prædiū mulieris, in quo paruulus quē serpēs p̄culerat, mox-

Gene. 3 Serpens interimitur a sancto Andrea

1. Timo. 2. mortuus decubabat. Et videns flere parentes eius, ait ad eos: Deus noſter qui vult vos ſaluos fieri, miſit me huc vt credatis in eũ. Nunc aũt abeuntes, videte mortuũ interfectorẽ filij vestri. At illi dixerunt: Nihil dolemus de morte filij, ſi vltionẽ, ex inimico videmus. Illis vero abeuntibus, dixit Apoſtolus ad vxorẽ proconſulis. Vade, & ſuſcita puerũ. At illa nihil dubitãs venit ad corpus, & ait: In nomine dei mei Ieſu Chriſti, ſurge puer incolumis. Et ſtatim ſurrexit. Parentes aũt redeũtes cũ gaudio, qđ vidiſſent ſerpentẽ mortuũ, inuenerũt filiũ viuentẽ, & proſtrati corã pedibus Apli, grãs agebant.

¶ Miraculũ de reuelatiõe paſſionis ſuæ. Ca. XX

Somnium diui Andreæ.

SEquenti vero nocte viſum vidit beatus apoſtolus, quẽ & iam fratribus enarrauit, dicens: Audite dilectiſſimi ſomniũ meum. Videbã, & ecce mons magnus erat in ſublimi eleuatus, q nihil ſuper ſe de terrenis habebat, niſi tm̃ luce reſplendens, vt mundũ putaret illuminare. Et ecce aſtiterunt mihi dilectiſſimi frẽs, Petrus & Iohannes Apoſtoli. Et Iohãnes qdem extenſa manu Petro Apło: Leuabat eum in vertice montis, & conuerſus ad me, rogabat aſcẽdere poſt Petrum, dícens: Andrea, poculum Petri bibiturus es. Et extenſis manibus, ait: Appropinqua mihi, & extende manus tuas vt coniungant manibus meis, & caput tuũ capiti meo ſocient. Quod quũ feciſſem, inuentus ſum breuior eſſe Iohãni, & poſt hæc ait, mihi. Vis cognoſcere imaginem huius rei quam cernis, vel quis ſit qui tibi loquit? Et ego aio: Deſidero iſta cognoſcere. Et ait mihi: Ego ſum verbũ crucis, in quo pendebis in proximo propter nomen eius, quẽ prædicas. Et multa alia mihi dixit, quę nũc ſilere oportet, prodent tamen tũc quũ ad hanc immolationem acceſſero. Nunc aũt conueniãt oẽs, qui ſuſceperunt verbũ dei, vt commendẽ illos dño Ieſu Chriſto, vt eos in doctrina ſua immmaculatos cuſtodire dignet. Ego vero iam reſoluor à corpore, & vado ad promiſſionem illam, quam mihi pollicere dignatus eſt regnator cœlorum & terræ, qui eſt filius omnipotentis dei, cum ſpiritu ſancto, verus deus permanens in ſecula ſeculorum. Hæc audiẽtes fratres, flebant valde, & cædebant palmis facies ſuas cum gemitu magno. Deniq; conuenientibus cũctis, ait iterum: Scitote dile-

Diuo Andreę per ſomnium pnunciatur eius martyrij genꝰ.

dilectissimi, me discessurum à vobis, sed credo in Iesum cuius verbū prædico, quia custodiet vos à malo, vt non diuellatur ab inimico hæc messis, quā in vobis serui, id est, cognitio & doctrina dñi mei Iesu Christi. Vos aūt orate iugiter, & state fortes in fide, vt euulsis dñs omnibus zizanijs scandali, tanq̄ triticū mundū in horreo vos cœlesti congregare dignet. Et sic per dies quinq̄ docebat eos, & cōfirmabat in p̄ceptis dei. Post hæc aūt expansis manibus orabat ad dñm, dicēs: Custodi (quæso) dñe gregē hunc, qui iam tuā cognouit salutē, vt nō præualeat illi malignus, sed quæ te iubente me dispensante suscepit, inuiolata custodire mereatur in secula seculoꝝ. Et hæc eo dicente, oēs qui aderant, responderunt, Amen. Et accipiens panē, gratias agens, fregit, & dedit omnibus, dicens: Accipite grām quā vobis tradit per me famulū suū Christus dñs deus noster. Et osculans singulos, atq̄ commendans domino, in Thessalonicam profectus est, ibiq̄ biduo docens, discessit ab eis.

Prædicit diu⁹ Andreas su⁹ fratribus finē vitæ suæ.

Oratio diui apli Andreæ pro salute po⁹ puli sui.

¶ Miraculū de eo qui in mare cecidit. Cap. XXI.

MVlti aūt ex Macedonia fideles profecti sunt cū eo, quoꝝ fuerunt duæ naues. Quærebant aūt oēs, vt in illam nauem, in qua Apostolus vehebatur, conscenderent, desiderantes eū audire loquētem, scilicet, vt nec in mari eis deesset verbū dei. Quibus ait aplus: Noui desiderij vestrū dilectissimi, sed nauis hæc paruula est. Ergo pueri cū impedimentis in maiorē conscendant nauem, vos vero in istā quæ minor est nobiscum properabitis. Et dato eis Anthimo, qui consolaretur eos, iussit aliam conscendere nauem, quam prope sibi semper iussit adesse, vt & ipsi viderent eum, & audirent verbū dei. Dormiente autem eo parumper, quidam vento modico impulsus cecidit in mare. Anthimus autem excitauit eum, dicens: Succurre doctor bone, perijt enim vnus de famulis tuis, expergefactus autem Apostolus, increpauit vētum & siluit, & mare tranquillum est redditum. Homo vero qui ciderat, vnda famulante ad nauem deductus est. Cuius manum Anthimus apprehensam, leuauit eum in naui, & admirati sunt virtutem apostoli, quod & iam mare obediebat ei. Duodecima igitur die Patras Achaiæ ci-

Quam plerisq̄ omnes auidi fuerint verbi diuini.

Mare cū ventis obedit diuo Andreæ.

E uitatē

uitatem appulsi sunt, egressisq; nauim, in quodam diuersorio morabatur.

¶Miraculũ de Lisbio procõsule & fide eius. Cap. XXII.

DEniq; quũ multi rogarent, vt in domibus eorũ ingrederetur, dixit: Viuit dñs, quia nõ vadã nisi quo pceperit deus meus. Et nocte dormiens, nihil reuelationis accepit. Altera vero nocte quũ esset ex hoc tristis, audiuit vocẽ dicentẽ sibi: Andrea, ego semp tecũ sum, & nõ te derelinquã. Hæc audiẽs, glorificabat deũ pro hac visione. Lisbius vero procõsul admonitus est p visum, vt susciperet hominẽ dei. At ille misit ad hoiem, qui eos hospitio susceperat, & rogauit vt adduceret sibi beatũ apl'm. Quod quũ ille audisset, venit ad proconsulẽ. Et ingressus cubiculũ eius, vidit eũ iacentẽ clausis oculis quasi mortuũ, pũgẽsq; latus illius, ait: Surge & enarra nobis quæ tibi cõtigerint. Et ille: Ego (inq;t) sum qui execrabar viam quam doces, & misi milites cũ nauibus ad procõsulẽ Macedoniæ, vt vinctũ te transmittẽs mihi, morti damnarem, sed naufragia perferẽtes, nunquam potuerunt accedere quo iussi sunt. Quũq; in hac intẽtione durarem vt destruerẽ viam tuã, apparuerũt mihi duo viri Aethiopes q me flagris cædebãt, dicentes: Nõ possumus hic iam vllam potestatem habere, quia venit homo ille, quẽ persequi cogitabas Et nunc in hac nocte, in qua adhuc potestatem habemus, vlciscimur nos in te. Et sic grauiter cæsus, recesserũt à me. Nũc autem vir dei deprecare dominum, vt dimittens mihi hoc delictum, saner ab infirmitate qua teneor. Hæc eo coram omni populo narrante, beatus Apostolus prædicabat assidue verbum dei, & credebant omnes. Proconsul vero sanatus, credidit, & corroboratus est in fide.

Miraculum satis magnum.

¶Miraculũ de Trophima & vxore procõsulis. Cap. XXIII.

IGitur Trophima quæ quondã cõcubina procõsulis fuerat, & alio iam viro sociata erat, reliquit virum suum, & adhærebat apostolicæ doctrinæ, & ob hoc plerunq; in domũ procõsulis veniebat, in qua iugiter docebat apostolus. Iratus aũt vir eius, venit & ait ad dñam suã: Trophima recolens scortũ quod cũ domino meo proconsule agere consueuerat, ei nunc iterato commiscetur. At illa succensa felle, ait:

ait: Idcirco ergo reliquit me vir meus, & iam sex mensibus nõ cõiungitur mihi, eo ꝙ diligat ancillã suã. Et vocato procuratore, iussit eã scorto dãnari. Nec mora, deducitur ad lupanar, ac lenoni donat. Sed nihil hoꝝ Lisbius sciebat, requirẽs tñ eã, ab vxore deludebatur. At illa ingressa lupanar, orabat assidue. Quumq; venissent, qui eã contingerent, ponebat euangeliũ quod secũ habebat ad caput suũ, & statim omnes vires perdebant. Accessit vero ad eã quidã impudicissimus, veniẽs vt illuderet ei, resistente aũt ea, disrupit vestimẽta eius, & cecidit euangeliũ in terra. Trophima vero lachrymãs, extẽsis manibus ad cœlũ, dixit: Ne patiaris me pollui, ob cuius nomẽ diligo castitatẽ. Et statim apparuit ei angelus dñi, & iuuenis cecidit ante pedes eius, & mortuus est. At illa cõfortata, benedicebat & glorificabat deũ, qui nõ permiserat eam deludi. Sed postmodũ in noĩe Iesu Christi resuscitauit puerũ, & omnis ciuitas occurrit ad hoc spectaculũ. Vxor vero procõsulis abijt ad balneũ cũ procuratore suo. Quumq; lauarent simul, apparuit ei dæmon deterrimus, à quo percussi ambo, ceciderũt, & mortui sunt. Et ecce plãctus magnus factus est, & annuntiatũ est apl'o & procõsuli ꝙ vxor eius cũ lenone mortua erat. Tũc beatus apl'us hæc audiẽs, ait populo: Videte dilectissimi, quantũ præualeat inimicus. Nã Trophimæ pudicitiã populi damnauerũt scorto. Nunc aũt iudiciũ dei affuit, & ecce materfilias, quæ eam in lupanar poni iussit, cum lenone suo percussa in balneo, cecidit, & mortua est. Hæc eo dicẽte, ecce aduenit nutrix eius, quæ præ senectute manibus deportabatur aliorum, scissis vestibus cum clamore magno, & deposita coram Apostolo, rogare cœpit, dicẽs: Scimus, quia dilectus dei es, & q̃dcunq; petieris deũ tuum, præstat tibi. Nunc aũt miserere mei, & resuscita illã. Condolescẽs beatus apl'us sup lachrymas mulieris, cõuersus ad ꝓcõsulẽ, ait: Vis vt resuscitet? Cui ille: Absit (inqt) vt viuat, q̃ tantũ flagitiũ commisit in domo mea. Et apl'us: Noli (ait) sic agere, misereri em̃ debemus petentibus, vt misericordiam cõsequamur à deo. Hæc eo dicẽte, perrexit procõsul ad prætoriũ. Sanctus vero apl'us iussit corpus exhiberi in mediũ, & accedẽs, ait: Rogo benigne dñe Iesu Chr̃e vt resuscitet hæc mulier, & cognoscant oẽs, quia tu es dominus

En quãta virtus et potentia Euangelij.

Mat. 6
Mar. 11.
Luc. 11.
Iaco. 2
Oratio diui
And pijss. ma

deus ſolus miſericors & iuſtus, qui nõ pateris innocẽtes perire. Et cõuerſus tetigit caput mulieris, dicẽs: Surge in nomine Ieſu Chriſti dei mei. Et ſtatim ſurrexit mulier. Quæ dimiſſo vultu, flens & gemẽs reſpiciebat in terrã. Cui apl'us ait: Ingredere in cubiculũ tuũ, & eſto ſecretius, orans, donec cõforteris à dño. Cui illa reſpõdit: Facito me prius cũ Trophime pacificã, in quam tantũ malũ geſſi. Sanctus apl'us ait: Noli timere, non em̃ meminit Trophime malorum, neq; em̃ expectat vltionem, ſed gratias agit dño in oĩbus, quæ acciderũt ei. Et vocata Trophime, pacificauit eã cũ Caliſto vxore procõſulis, q̃ reſuſcitata eſt. Liſbius vero in tm̃ profecit in fide, vt q̃dã die accedẽs ad apl'm, oĩa ei cõfiteret peccata ſua. Cui ſanctus apoſtolus dixit: Gratias ago deo fili, q̃ times futurũ iudiciũ, ſed viriliter age & cõfortare in oĩbus dño quẽ credis. Et tenẽs manũ eius, deambulabat in littore.

Aliũ mortuum ſuſcitat diuus Andreas.

En confitetur hic quidã oĩa peccã ſua apoſtolo Andreę.

¶ Miraculũ de quadraginta mortuis ſuſcitatis. Ca. XXIIII.

POſt deambulationem vero quum ſediſſet, ſedebãt & ſinguli qui cũ eo erant ſuper harenã audiẽtes verbum dei. Et ecce cadauer enectũ in mari proiectũ eſt ante pedes apoſtoli in littore. Tunc ſanctus apl'us Andreas exultãs in dño, ait: Oportet hũc reſuſcitari, vt cognoſcamus, quid in eũ aduerſarius eſt operatus. Et fuſa oratione, tenens manũ mortui, erexit illũ, & ſtatim reuixit, & loquebat'. Quũq; nudus eſſet, dedit ei tunicã, dicens: Dic nobis ordinẽ, & expone omnia quæ cõtigerunt tibi. At ille reſpondit: Nihil tibi occultabo quicũq; fis homo. Ego ſum Soſtrati filius ciuis Macedonis, q nuper ab Italia veni. Sed quũ rediſſem ad propria, audiui doctrinã ſurrexiſſe nouã, quã nullus hominũ prius audiuit, ſed & ſigna, prodigiaq; ac miracula magna fieri à quodã doctore, qui ſe veri dei affirmat eſſe diſcipulum. Ego autẽ quũ hęc audiſſem, properaui vt eum videre poſſem. Non em̃ aliud arbitrabar, niſi ipſe eſſet deus, qui talia ageret. Quũq; nauigarem cum pueris & amicis meis, ſubitò orta tempeſtate, commotò mari, oppreſſi fluctibus ſumus, & vtinã ſimul proiecti fuiſſemus, vt & illi reſuſcitati fuiſſent à te, ſicut & ego. Et hæc dicens, voluebat multum in corde ſuo, & arbitrabatur, quòd ipſe eſſet Apoſtolus, quem quærebat. Et procidens

Aliũ mortuum ſuſcitat diuus Andreas. Apoſtoli nunq; ẽpene niſi p̃miſſa oratione ad deum miracula fecerunt.

cidens ad pedes eius, ait: Scio, quia tu es famulus dei vere. Rogo pro his, qui mecum fuerunt, vt & ipsi te impertiente vitã mereant, vt cognoscant verum deum, quem prædicas. Tunc sanctus Apostolus repletus spiritu sancto prædicabat ei constãter, verbum dei, ita vt mirarent oñes super doctrinã eius & expansis manibus ait: Ostende (quæso) dñe & reliquorꝝ cadauera mortuorꝝ, vt & ipsi cognoscant te deũ verꝝ & solum. Hæc eo dicente: statim triginta & nouẽ corpora apparuerũt ad littus, vnda famulante deuecta. Tunc flente iuuene, oñes simul flere cœperunt, prostratiq; ante pedes Apostoli rogauerunt, vt & isti resuscitarent. Sed & Philopater (hoc eñ erat nomen pueri) dicebat. Genitor meus p bonã voluntatem impositis necessariꝭ cũ magna pecunia misit me huc. Nunc aũt si audierit quæ mihi contigerũt, blasphemat deũ tuum, & doctrinã eius refutat, sed absit, vt ita fiat, flẽtibus aũt oñibus rogauit Apostolus, vt congregarent corpora simul, sparsim eñ proiecta fuerant. Congregatis igit oñibus in vnum, ait Apostolus: Quem vis prius resuscitare? At ille dixit: Vuaharã collectaneum meũ. Tunc flexis in terrã genibus, palmisq; extensis ad cœlum diutissime orauit cum lachrymis, dicẽs: Iesu bone, resuscita hunc mortuũ, qui cũ Philopatore nutritus est, vt cognoscat gloriã tuã, & magnificet nomen tuum in populis. Et statim surrexit puer, & admirabant omnes, qui aderant. Apostolus aũt iterꝝ sup singulos oronem fundens, ait: Quæso dñe Iesu, vt & isti resurgant, qui de profundo æquoris sunt delati. Tunc iussit fratribus, vt vnusquisq; tenẽs mortuũ, diceret, resuscitat te (Iesus Christus) filius dei viui. Quod cũ factũ fuisset, suscitati sunt triginta octo, & glorificabãt deũ qui aderãt, dicẽtes: Nõ est similis tibi dñe. Lisbyus vero multa munera obtulit Philopatori, dicens: Non te contristet amissio facultatũ, nec recedas à famulo dei. Et erat semper cũ Apło, intendens omnibus quæ dicebantur ab eo.

En iauditum miraculum, qd diuus Andreas simul et semel triginta octo mortuos suscitat virtute Iesu Christi.

¶ Miraculũ de difficultate partꝰ cuiusdã mulieris. Ca. XXV.

ERat enim mulier Capalio nomine, quæ homicidæ coniuncta, cõceptum suscepit illicitum. Vbi vero tps pariendi venit, artabatur doloribus magnis, & partũ pferre nõ poterat. Quæ ait sorori suę: Vade (quæso)

& inuoca Dianam deam nostram, vt misereatur mei. Ipa enim habet studium obstetricãdi, faciente aũt sorore, quæ sibi imperata fuerãt, venit ad eam nocte diabolus, dicens: Quid me casso inuocas, cum tibi nihil prodesse possim? Sed magis vade ad Apostolum dei Andream in Achaiam, & ipe miserebit sorori tuæ. Surrexit igit mulier, & venit ad Apostolũ, & narrauit ei omnia hæc. At ille nihil moratus venit Chorinthũ, ad domum mulieris ægrotantis. Erat enim Lisbyus proconsul cum eo. Videns vero beatus Apostolus mulierem grauium dolorum cruciatu torqueri, ait: Recte hæc pateris, quæ male nupsisti, quæ dolosq; concipiens, dolores intolerabiles sustines, insuper consuluisti dæmonia, quæ neq; vlli, neq; sibi prodesse possint. Crede nunc Iesum Christum, & proice puerum. Veruntamen mortuum egredietur, quod indigne concepisti. Credidit mulier, & egredientibus cũctis de cubiculo proiecit partũ mortuum, & sic à doloribus liberata est.

Aliud miraculum plane stupendum

¶ Miraculũ de Sostrato & filio eius. Ca. XXVI.

CVM autem multa signa & prodigia faceret beatus Apostolus in Chorintho, Sostratus pater Philopatoris, admonitus per visum vt Apostolum visitaret venit in Achaiam, & cum nõ inuenisset eum, peruenit in Corinthum. Cumq; cum Lisbyo & alijs deambularet, cognouit eum Sostratus, sicut ei iã per somniũ erat ostensus, complexusq; pedes eius, ait: Miserere mei (quæso) famule dei, sicut & filio meo misertus es. Philopater autẽ ait Apostolo: Hic est pater meus, quem cernis. Nunc autem interroga, quid eum oporteat agere. Et beatus Apostolus ait: Scio, quia pro cognoscenda veritate ad nos venerit. Grãs agimus domino nostro Iesu Christo, qui se credentibus reuelare dignatur. Leontius autem seruus Sostrati, ait ad eum: Vides domine, qua luce refulgeat vultus hominis huius? Cui ille: Video (inquit) dilectissime, & ideo non discedamus ab eo, sed simul cum illo viuamus, & audiamus verba vitæ æternæ. Et sequenti die, obtulit Apostolo munera multa. Sanctus vero dei dixit ad eum: Non est meum accipere aliud ex vobis, nisi vos ipos lucrifaciam, cum credideritis in Iesum, qui me misit euãgelizare in hũc locũ. Si pecuniã desiderassem, Lisbyũ ditiorẽ

Apostol⁹ Andreas diuitias non emptor

reppe

reperissem qui me multũ ditare potuerat. Nam vos in his cõferte mihi, in quibus vobis proficiat ad salutem.

¶Miraculum de dæmoniacis sanatis ad balneum. Caput XXVII.

POst dies autem paucos, iussit sibi præparare balneũ. Et cum venisset lauandi gratia, vidit senem dæmonium habentem, & trementem valde. Quæ dum admirarẽtur, alius puer egressus de piscina procidit ad pedes Apostoli, dicens: Quid nobis & tibi Andreas? Venisti huc vt detrudas nos à sedibus nostris? Erectus autem astante populo, dixit Apostolus: Nolite timere, sed credite in Iesum saluatorem nostrum. Clamantibus autem oñibus, credimus quem prædicas, increpauit vtrũq; dæmonem, & egressi sunt à corporibus obsessis. Dimissiq; vel senex vel adolescens, redierunt ad propria sua. Beatus vero Apostolus lauans dissere bat, quia inimicus generis humani vbiq; insidiatur, siue in lauacris, siue in fluminibus, & idcirco nomẽ domini assidue erit inuocandum, vt is qui vult insidiari, non habeat potestatem. Quod videntes viri ciuitatis veniebant, & afferebant ægrotos ponentes ante eum, & curabantur. Sed & de alijs ciuitatibus veniebant cum infirmis, & ipsi sanabantur, & libenter audiebant verbum dei.

Simile est. 2 Marci. 1. Lucæ. 4.

Semper orandum est contra dæmonis insidias. 1. Petri 5.

¶Miraculum de Nicolao sene. Ca. XXVIII.

CVM hæc agerentur, ecce quidam senex Nicolaus nomine scissis vestibus venit ad Apostolum, dicẽs: Famule dei, ecce septuaginta quatuor anni sunt vitæ meæ, in quibus non discessi ab immundicijs, & scorto, à fornicatõe, plerũq; præceps deductus ad lupanar & exercebam illicita. Et nunc tertia dies est in qua audiui miracula, quæ agis, & prædicationes tuas, quæ sunt plenæ verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum, vt relicto hoc opere, venirem ad te, vt mihi ostenderes meliora. Sed dum hæc cogitarem, veniebat mihi alius sensus, vt hæc relinquerem, & non facerem bonum quod cogitabam. Luctante igitur conscientia mea, accepi euangelium, & oraui dominum, vt hæc aliquando me faceret obliuisci. Post dies vero paucos, obrutus EVANGELII quod super me erat, inflammante cogitati-

Ingens euangelij virtus.

gitatione peruersa, abij iterum ad lupanar, & ecce mulier meretrix videns me, ait: Egredere senex, egredere, angelus enim dei es tu, ne contingas me, neque appropinques in hoc loco. Video enim mysterium magnum. Cumq; ego obstupefactus, cogitarem quid hoc esset, recolui quod euangelium mecum habebam. Et conuersus, veni ad te famulum dei, vt miserearis erroribus meis. Spes enim mihi est maxima, quod non peream, si oraueris pro humilitate mea. Hæc audiens beatus Andreas, cum multa contra fornicationem disseruisset, prostratus genibus, expansis manibus, tacitus orabat, & mittens gemitus cum lachrymis ab hora diei sexta, vsq; in horam nonam. Surgens autem abluta facie, nihil accipere voluit, dicens: Non gustabo, donec cognoscam, si miserebit deus huic homini, & si sit reputandus inter saluatos. Et ieiunas altera die, nihil ei reuelatum est de hoie vsq; ad quintum diem. In quo flens vehementer, dicebat: Domine, pro mortuis obtinebimus pietatem tuam, & nunc iste q tua cognoscere desiderat magnalia, cur non reuertat, vt sanes illum? Hæc eo dicente, vox de cœlis delata est dicens: Optime Andrea, pro sene. Sed sicut tu ieiunus fatigatus es: ita & ipse studeat ieiunio, vt saluet. Et vocas eum, prædicabat ei abstinentiam. Die vero sexta, vocauit suos, & rogauit, vt orarent vniuersi pro eo. Qui prostrati solo, orabant, dicentes: Domine pie, misericors, remitte huic homini delictum suum Quo facto, & ipse gustauit, & cæteros mandare permisit. Nicolaus autem rediens ad domum suam, omnia quæ habebat, distribuit indigentibus. Ipse quoq; multum se excruciauit, ita vt per sex menses nihil aliud quam aquam acciperet & pane arido vesceret. Exacta enim digna pœnia, excessit à seculo. Beatus Apostolus autem non erat præsens, sed in loco quo erat, vox ad eum facta est, dicens Andrea meus effectus est Nicolaus pro quo deprecatus es. At ille gratias agens, narrauit fratribus Nicolaum excessisse de corpore, orans vt in pace quiesceret.

Vide q̃ prosit ieiunium, et q̃ sit necessarium

Alienæ preces iuuant

Forma veræ p peccatis pœnitentiæ

¶ Miraculum de Antiphone, & vxore & filijs eius.

Caput XXIX.

IN quo loco diu cum moraret, venit ad eum Antiphanis ciuis Megarensis, & ait ad eum: Si qua in te est bonitas iuxta præceptum saluatoris quem prædicas beate Andrea, nunc ostende, & libera domum meam de insidia, qua tentat.

Ecce

Ecce em̃ valde turbata est. Cui sanctus aplus: Enarra(inquit) nobis à homo q̃ contigerint tibi. Et ille: Dum de itinere(ait) reuersus domũ fuissem, & ingrederer ianuã atriũ mei, ecce audiui vocẽ ianitoris miserrime declamantẽ. Quũq; interrogassem quæ esserit hæ voces, narrauerunt mihi, qui aderant, ipm cũ vxore & filio male à dæmonio torqueri. Ascendens vero ad superiora domus, vidi alios pueros stridentes dentibus, & impetum in me facientes, & immittentes risus insanos, quos quũ præterirẽ, ascendi iteꝝ ad alia superiora, in qua coniunx iacebat, ab his verberata grauissime, quæ ita erat amentiæ fatigatione turbata, vt Cæsariæ super oculos dimissa, neq; aspicere, neq; me cognoscere posset. Hanc ergo rogo vt restituas mihi tantum, de cæteris vero curam nõ habeo. Tunc sanctus aplus misericordia motus, ait: Nõ est em̃ personarũ acceptio apud deũ, qui propterea venit, vt cunctos saluos faceret perentes. Et ait: Eàmus ad domũ eius. Quũq; procedẽs à Lacedemone, veniisset in Megara, ingressi sunt ianuam domus, & statim oẽs vnius vocis impetu clamauerũt, dicentes: Vt quid nos hic Andrea sancte persequeris, vt qd domũ non tibi concessam adis? Quæ tua sunt, possíde: quæ nobis cõcessa sunt, ne adeas penetrare. Sed sanctus aplus nihil de his admirãs, ascẽdit in cubiculũ, quo mulier decubebat, & facta oratiõe, apprehensa manu eius, ait: Sanet te dñs Iesus Chrũs. Et statim surrexit mulier à lectulo, & benedicebat deũ. Similiter & singulis quibusq; qui à dæmonio vexabant, imponẽs manũ, sanitati restituit. Habuitq; Antiphanem & vxorẽ eius firmissimos adiutores ad prædicandũ verbum dei.

Luc. 19
Rhom. 2
Act. 10
Luc. 19

¶ Miraculum de Maximilla vxore proconsulis Aegeæ. Cap. XXIX.

VEniens vero beatus aplus Patras ciuitatẽ, in q̃ procõsul Aegeas erat, q̃ nuper Lisbio successerat, & accessit ad eũ q̃dã mulier Ephidama noie, q̃ ex doctrina Sofiæ cuiusdã apostolici discipuli iã cõuersa fuerat, & amplectẽs pedes beati apostoli, ait: Andrea sancte, rogat te dña mea Maximilla, q̃ magnis febribus retinet, vt accedas ad eã. Libẽter em̃ vult audire doctrinã tuã. Nã & procõsul cõiunx eius stat ante lectulũ flens, gladiũq; suũ in manu

tenens, vt quũ illa ſpm̃ exhalauerit, iſte ſe mucrone ꝓfodiat. At ille ꝓcedẽte Ephidima, venit ad cubiculũ, in quo mulier iacebat incõmoda, & vidẽs ſtantem ꝓfidẽ cũ euaginato gladio, ait: Nihil tibi nũc mali feceris, ſed reconde gladiũ tuũ in locũ ſuũ. Erit eñ tẽpus, qñ ad nos exerẽdus erit. Sed nihil intelligẽs ꝓſes, dedit accedẽdi locũ. Tunc apſtus veniẽs ante lectũ infirmæ, facta oratiõe, apprehendit manũ eius, & ſtatim ſudore ꝓſuſa eſt mulier, & diſceſſit ab ea febris. Iuſſitq; ei apſtus dare cibũ. Procõſul aũt centum argenteos obtulit ſancto dei, quos ille nec aſpicere voluit.

Febris ſubmouetur per diuũ Andream.

Apſtus opes contemnit.

¶ Miraculum de debili ſanato. Cap. XXXI.

IN de diſcedẽs, vidit hoiem iacentẽ in ſtercore debilẽ, cui multi ex ciuibus ſtipẽ porrigebãt vnde alimẽtũ haberet. Et ait ad cũ apſtus: In noĩe Ieſu Chriſti ſurge ſanus. Qui protinus ſurgens, glorificabat deum.

Alũ miraculũ

¶ Miraculũ de tribus cæcis illuminatis. Cap. XXXII.

DIgreſſus vero in alio loco, vidit hominem cæcum cũ vxore & filio, & ait. Vere diaboli hoc eſt opus. Ecce eñ quos & mente cęcauit & corpore. Et ait: Ego vobis in noĩe dei mei Ieſu Chriſti corporaliũ oculoꝝ reſtituo lumen, ipſe quoq; mentiũ veſtrarꝝ tenebras reſerare dignetur, vt cognita luce, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ, ſalui eſſe poſſitis. Et imponens eis manus, aperuit oculos eorꝝ. At illi procidentes, oſculabantur pedes eius, & dicebant: Quia non eſt alius deus, niſi quem prædicat famulus eius Andreas.

Joban. 1.

Andreas apoſtolus cæcos illuminat.

¶ Miraculũ de arido ſanitati reſtituto. Cap. XXXIII.

VIdens autem hæc ſigna quidam, ait ad eum: Rogo te famule dei, vt digneris accedere vſq; ad portũ, eſt ibi homo nautæ cuiuſdã filius, qui ab annis quinquaginta in debilitate nimia proiectus à domo, iacet in littore, cui nullius medici potuit cura valere. Ecce eñ eſt vlceribus plenus, & ſcatens vermibus. Hæc eo dicẽte, proſequutus beatus apoſtolus, venit ad eum. Quem intuitus, infirmus ait: Forſitan tu es diſcipulus dei illius, qui ſolus ſaluare poteſt. Cui ſanctus apoſtolus ait: Ego ſum qui in nomĩe dei mei te ſanitati reſtituo. Et adiecit: In nomine Ieſu Chriſti ſurge &

Aliud & quidẽ graue miraculũ

ge & sequere me. At ille relictis pannis purulentis, in quibus tabes defluxerat, sequebat eũ, profluente pure cũ vermibus à corpore eius. Quũq; venisset ad mare, ingressi sunt vtriq; in aquã. Tunc sanctus apl'us abluens eũ in noĩe trinitatis, ita sanũ reddidit, vt nullũ penitus infirmitatis huius corporis reddidisset indiciũ. Tantaq; fide post acceptã sanitatẽ accensus est, vt nudus per ciuitatẽ curreret, annuntians, quia ille est verus deus quẽ Andreas prædicat, & mirabantur omnes, congratulantes sanitati eius.

¶Miraculum de puero Stratoclei fratris proconsulis. Cap. XXXIIII.

QVumq; talia apud Patras p beatũ apl'm agerent, aduenit Stratocles frater procõsulis de Italia. Et ecce vnus ex pueris eius, Almana noĩe, quẽ ptiosum habebat, ab ipulsu dæmonis pcussus, iacebat spumãs in atrio, & ecce tumultus magnus factus ẽ. Et ecce nũtiata sunt hæc Stratocleo, q nimio animi dolore commotus, ait: Vtinãⁿⁱ me prius mare absorbuisset, q̃ hæc vidissem de puero. Videntes aũt eũ dolentẽ Maximilla & Ephidima, dicebãt: Nõli cõtristari frater, mox eñ puer recuperabitur. Est eñ hic vir dei, qui viam salutis ostẽdens, multos reuocat ab infirmitate ad integrã sanitatẽ. Mittamus ad illũ, & statim reddet puerũ sanũ. Deniq; accersito apl'o, rogauerũt eũ pro puero. At ille apprehẽsa manu eius, ait: Surge puer in noĩe Iesu Christi dei mei quẽ pdico. Et statim surrexit incolumis. Stratocles vero credidit in dño, & cõfortatus est in fide, & non discedebat ab apl'o, sed quotidie adhærẽs ei, audiebat verbũ salutis.

Aliũ miraculũ

¶Miraculum de proconsule ab itinere regresso. Cap. XXXV.

OMni eñ die Maximilla ad prætoriũ veniens, vocabat apostolum, & audiebat ab eo verbũ dei, qa proconsul discesserat à Patris, & abierat in Macedoniã. Magna eñ indignatione succensus erat cõtra apostolũ, eo q̃ Maximilla vxor eius post acceptũ salutis verbum non ei cõiungebatur. Illo quoq; redeunte, quũ omnes in prætorio residerẽt, & audirent verbum dei, turbati sunt valde, timẽtes ne aliquã eis vim inferret. Tunc sctũs apl'us orauit, dicens:

Ne patiaris(q̄so)dñe ingredi procōsulem in hūc locū, donec egrediantur oēs ex tēplo, procōsulis affuit volūtas purgādi vētrē. Quūq; secessum petisset & moras innecteret, sctūs apls singulis manū imponēs,& signās,& ipse discessit. Sed & Maximilla quū primū inuenisset locū, statim veniebat ad S. aplm & suscipiēs verbū dei, regrediebat ad domū suam.

¶De passione sancti Andreæ apostoli. Ca. XXXVI.

POst hæc cōprehēdēs Aegéa procōsul beatū aplm, posuit eū in carcerē, ad quē oēs veniebāt, vt audirēt verbū salutis. At ille nō cessabat p̄dicare nocte & die verbū dei. Paucis vero diebus ītерpositis, eductus de carcere, & grauissime cæsus ī crucē suspēsus est, in q̄ quū p triduū viuēs pēderet, nō cessabat p̄dicare dñm saluatorē, donec tertia die, pplis flētibus, spm̄ exhalaret, q̄d passiōis eius lectio plenissime declarat. Cuius beatū corpus Maximilla accipiēs, cōditū aromatibus, cōdidit in sepulchro, assidue sup illud deprecans dñm, vt eius beatus aplus memor esset exorans.

Magna cōstā tia diui Andreę in martyrio.

¶De virtute sepulchri eius. Cap. XXXVII.

DE q̄ sepulchro māna in modū farinæ, & oleū cū odore suauissimo defluit, à quo, q̄ sit anni p̄sentis fertilitas, incolis regionis ostēdit. Si exiguū profluit, exiguū terra exhibet fructū. Si vero copiose processerit, magna fructuū opulētia ministrat. Nā ferūt oleū hoc vsq; ad mediū basilicæ sanctæ decurrere. Sicut ī primo miraculoꝝ lib. scripsim⁹, passiōis ei⁹ ita ordinē, p̄sequuti nō sum⁹, q̄a valde vtile & elegāter à quodā repperimus fuisse cōscriptū

Oleū mirifice fluit de sepulchro diui Andreæ.

¶De reliquiis eius. Cap. XXXVIII.

HAec sunt q̄ ex virtutibus beati Andreæ aplī p̄sumpsi indignus ore, sermone rusticus, prauus cōscia, propalare, depcās eius misericordiā, vt sicut in illius natale processi ex matris vtero, ita ipsius obtētu eruar ab inferno, & sicut in die passiōis eius sumpsi vitæ huius exordiū, ita mihi p̄priū accire dignet alūnū. Et q̄a de maioribus meritis reuocat nos pars magna facinoris, hoc tm̄ temerarius p̄sumo petere, vt quū ille post iudiciū dñico corpi cōformatus, refulget in gloria, saltē obtineat pro immēsis criminibus mihi vel veniā nō negandā. ¶Explicit mira. S. And.

Extrematio authoris pientissima.

Pia authoris ad diuo Andrea deprecatio.

PASSIO SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

PASSIONEM Sancti Apostoli Andreæ, quam oculis nostris vidimus, omnes presbyteri & diacones ecclesiarum Achaię, scribimus vniuersis ecclesiis quæ sunt in oriente, & occidēte, & meridiano, & septētrione in Christi nomine constitutis, pax vobis & vniuersis, qui credunt vnū deum in trinitate perfectum, verū patrem ingenitum, verum filium vnigenitū, verum spm̄ sanctū, procedentē ex pr̄e, in filio permanētem, vt oñdat vnus spūs eē in pr̄e & filio, & hoc eē vnigenitū filium, quod est, & ille qui genuit. Hāc fidem didicimus à sancto Andrea apostolo domini nostri Iesu Christi, cuius passionem quā coram positi vidimus, prout possumus, explicamus Procōsul itaq; Aegeas, Patras ciuitatē ingressus, cœpit cōpellere credentes Christo, ad sacrificia Idolorum. Cui occurrens sanctus Andreas dixit: Oportebat vt tu qui iudex esse hominum meruisti, iudicem tuum qui est in cœlo cognosceres, & agnitum coleres, & colendo eum qui verus deus est, ab his qui veri dij non sunt, animū reuocares. Cui Aegeas dixit: Tu es Andreas, qui destruis templa deorum, & suades hominibus ad superstitiosam sectam, quam nuper detectam, Rhomani principes exterminari iusserunt? Andreas dixit: Rhomani principes nondum cognouerunt hoc, quòd pro salute hominū veniens dei filius, docuerit ista idola non solum deos nō esse, sed esse dæmonia pessima, & inimica humano generi, quę hoc docent homines vnde offendat deus, vt dū offensus fuerit, auertatur, & non exaudiat, & cum auersus fuerit, & non exaudierit, habeantur à diabolo ipsi captiui, & tamdiu eos deludat, q̄ diu de corpore exeant rei & nudi, nihil secū præter peccata portātes. Aegeas dixit: Ista superstitiosa & vana verba Iesus vester dum prædicaret. Iudæi illum crucis patibulo affixerūt Andreas respondit: O si velles scire mysterium crucis, quam

Vera de trinitate in diuinis personis fides.

Incipit passio diui Andreæ.

Grauissima diui Andreæ ad Aegeā, verba.

Responsio Aegeæ durissima.

Esaiæ. 19. Dicheæ. 5.

Pulchra de crucis mysterio inter diuum Andreā et Aegeā disputatio.

Esaiæ.53

rationabili charitate author humani generis pro restauratio ne nostra hoc crucis patibulum non inuitus, sed sponte suscepit. Aegeas dixit: Cum traditus asseratur à suo discipulo, & à Iudæis tentus, & præsidi adductus, & ad petitionē Iudæorū, à militibus pręsidis crucifixus, quomodo tu dicis eum spontaneum crucis subisse patibulum? Andreas respōdit: Ideo ego dico spontaneum, quomodo simul cum ipso fui cum à suo discipulo traderet, & anteq̄ traderet, dixit nobis, quod tradendus esset, & crucifigendus pro salute hoīm, & die tertia resurrectur̄ se esse p̄dixit. Cui cū frater meus Petrus, diceret, propitius esto tibi dn̄e, nō fiat istud, indignatus sic ait Petro: Vade retro satanas, q̄a nō sapis ea quę sunt dei. Et vt plenius nos instrueret, q̄uo sponte passionē susciperet, dicebat nobis: Potestatē habeo ponēdi animā meā, & potestatē habeo iterum assumēdi eā. Ad vltimū dū cœnaret nobiscū, & diceret: Vnus vestrū me traditurus est, & ad istā vocē om̄es contristaremur ne suspensos cogitatio trucidaret, ait: Cui dedero panis fragmentū de manu mea, ip̄e est. Et cū dedisset vni ex cōdiscipulis nostris, & futura quasi iam pręterita narraret, docuit se voluntate fuisse traditū, cū nec traditorē fugiendo deseruit, & in loco quo illum sciebat ventur̄ esse permansit. Aegeas dixit: Miror te prudentem virum, istū velle sectari, quem quoquo pacto, aut sponte aut inuitū, cruci tamen confiteris affixum? Andreas respondit: Hoc est quod me & iam dixisse, iam retines, magnū est mysteriū crucis. Quod si forte volueris audire retexam. Aegeas dixit: Mysteriū nō pōt dici sed supplicium. Andreas dixit: Ip̄m suppliciū, mysteriū restauratōis humanę si patiēter audias cōprobabis. Aegeas dixit: Ego q̄dem patiēter te audiā, sed tu si me obtēperāter nō audias, ipsum crucis mysteriū in te ip̄m retorqueā Andreas rn̄dit: Ego si crucis patibulū expauescerē, crucis gloriā nō prædicarē. Aegeas dixit: Insanus sermo tuus prædicat gloriā supplicii, q̄ per audaciā, pœnā nō times mortis. Andreas rn̄dit: Non p̄ audaciā, sed p̄ fidē pœnā nō timeo mortis. Mors em̄ iustor̄ p̄tiosa ē, mors vero pctōr̄ pessima. Et ideo audire te volo crucis mysteriū, vt agnitū forsitan credas, & credēs ad restaurationē tuæ anīæ quoq̄ p̄tingas. Aegeas dixit: Restaurat̄ hoc q̄d perijsse docet

Matth.26 Marc.14. Lucæ.22 Johan.9

Matth.20. Marc.10.8 Lucæ.18

Matth.16. Marc.8 Johan.10

Matth.26 Marc.14

Vide quomodo Chr̄us spōte passus sit

Magnanimitas & fortitudo diui Andreæ apostoli

In martyrib⁹ nō audacia, sed fides nominat̄

Nun-

Nunquid anima mea perijt, vt ad eius me restaurationē venire per fidem nescio quā tu asserat? Andreas respōdit: Hoc est quod te discere desiderabā, vt dum pditas animas hoīm docuero, istā restaurationem eas per crucis mysteriū pandam. Primus enim homo per lignum prævaricationis mortem induxit, & necessarium hoc erat generi humano, vt per lignum passionis mors quæ ingressa fuerat pelleret. Et quomodo de immaculatā terrā factus fuerat homo primus, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulerat, necessarium fuit, vt de immaculata virgine natus Christus perfectus homo, q̄ est dei filius, qui primū hominem fecerat, vitā æternā, quam perdiderāt, omnes repararet, ac de ligno crucis lignum concupiscentiæ excluderet, pāderet in cruce immaculatas manus pro manibus incontinēter extensis, pro suaui cibo arboris vetitę escam fellis acciperet, & in se suscipiēs mortalitatē nostrā suā nobis immortalitatē offerret. Aegeas dixit: Ista verba illis narrare debes, q̄ tibi credūt, mihi aūt nisi hoc cōsentias, vt sacrificiū dijs oīpotētibus offeras, in ipa cruce, quā laudas, te fustigatū affigi pcipiā. Andreas rīdit: oīni potēti deo, q̄ vnus & verus est, ego oīni die sacrifico, nō thuris fumū nec tauroꝝ mūgientiū carnes, nec hircoꝝ sanguinē, sed īmaculatū agnū quotidie in altari crucis sacrifico, cuius carnes, posteaq̄ oīnis populus credentium manducauerit, & eius sanguinē biberit, agnus qui sacrificatus est, integer perseuerat & viuus, & cū vere sacrificatus sit, & vere carnes eius māducatæ sint, à populo & verē sanguis eius sit haustus, tñ (vt dixi) integer pmanet, & immaculatus & viuus. Aegeas dixit: Qūo pōt hoc fieri? Andreas respōdit: Si vis discere, qūo hoc potest fieri, assume formā discipuli, vt possis doceri quod quæris. Aegeas dixit: Ego à te tormētis exigā huius rei notitiā. Andreas dixit: Miror te hoīem prudentē tā stultè locutū. Ergo tu tormētis putas, me diuina tibi pandere sacrificia? Audisti mysterium crucis, audisti mysterium sacrificij. Si credideris Christū filiū dei, qui crucifixus est à Iudæis verū deū esse, pandā tibi, q̄ ordine occisus viuat agnus, q̄ cū sacrificatus fuerit & comestus, integer tñ & immaculatus in suo regno pmanet. Aegeas dixit: Cū sit occisus, & ab oīppō (vt asseris) deuoratus, qūo integer pseuerat & vi-

Incipit declarare crucis mysterium

Gene. 3
Rhoma. 5
1. Cor. 15

Quare Christus de virgine natus sit.
Esaiæ. 7. 11
Ezech. 44

Psalm. 68
Dani. 27
Duritia Aegeæ

Vide quomodo sacrificetur Christus in altari.

Esaiæ.7. Diuina nõ intelliguntur sine fide

Diuus Andreas ppl'o grat⁹.

Apostoli nullã excitarunt seditionem.

Sapiæ.2

Esaiæ.53

Pia diui Apostoli Andreæ ad populum oratio.

Timor temporalis et ęternal'

Esaiæ vltimo

Acto.4

2.Cor.10

& viuus? Andreas respondit: Si credideris ex toto corde tuo discere poteris, si non credideris, penitus nunq̃ tu ad indaginem huius veritatis attinges. Tũc iratus Aegeas, iussit eum in carcerem retrudi. Vbi cum esset clausus, venit ad eum multitudo penè totius prouinciæ, ita vt Aegeã vellent occidere, & Andreã apostolum fractis ianuis carceris liberare. Quos sanctus Andreas his verbis admonuit: Nolite quietẽ dñi nr̃i Iesu Christi in seditionẽ diabolicã excitare. Nã traditus dñs oẽm patientiam prębuit, non contẽdit, neq; clamauit, nec in plateis aliqs eũ clamantẽ audiuit: Habete ergo silentiũ, quietẽ, & pacẽ, & nõ solũ meũ martyriũ nolite impedire, verũ et iã vos ip̃os q̃si athletas dñi p̃parate, vt vincatis minas intrepido aĩo, plagas aũt p tolerãtiã corpis superetis, Si em̃ terror timẽdus ẽ ille est vtiq; timẽdus, q finẽ nõ habet. Nã humanus timor fumo similis est, & subito cũ excitatus fuerit, euanescit. Et si dolores timendi sunt, illi sunt formidãdi, q sic incipiũt, vt nunq̃ finiant. Isti em̃ dolores aut leues sunt, & tolerant, aut graues sunt & cito animã eijciũt. Illi aũt dolores æterni sunt, vbi est quotidianus fletus, & mugitus, & luctus, & sine fine cruciatus ad quẽ Aegeas procõsul ire nõ timet. Estote ergo magis parati ad hoc, vt p tribulatões tẽporales ad æterna gaudia pertingatis, vbi semp lętemini, semp floreatis, semperq; cũ Christo regnetis. Hæc & his similia sancto Andrea apl'o p totã noctẽ populũ admonẽte, dum lux diei in matutino prorũperet, misit Aegeas, & adduxit ad se sctm̃ Andreã, ac sedẽs pro tribunali dixit: Existimaui te nocturna cogitatione reuocare animũ tuum à stultitia, & à Christi tui laude cessare, vt posses nobiscũ non amittere gaudia vitę. Stultum est em̃ vltro velle ad passionem crucis ire, & ignibus ac flammis teipsum pessimis destinare. Andreas respondit: Gaudia tecum habere potero, si credẽs Christo, dimittas culturas Idolorum. Christus enim me misit ad istam prouinciam, in qua non paruũ populum ei acquisiui. Aegeas dixit: Ideo te sacrificare compello, vt isti q per te decepti sunt populi, relinquant vanitatem tuæ doctrinæ, & ipsi dijs offerant grata libamina. Nulla enim remansit in Achaia ciuitas in qua templa deorum derelicta non sint, & deserta. Nunc ergo per te restauretur cultura deorum, vt

& dij,

& dñi, qui cõtra te irati sunt, placari possint, & in nostra possis amicitia pmanere. Sin aliàs, diuersa pro defensione deorũ patieris supplicia, & post oĩa, crucis, quã laudasti, patibulo suspensus, deficies. Andreas respõdit: Audi fili mortis, & stipula æternis parata incendijs, audi me seruũ dñi & apl'i Iesu Christi, Nunc vsq; mitius tecũ egi censura fidei, vt rationis capax, & veritatis defensor effectus, idola vana cõtemneres, & deũ, qui in cœlis est, adorares. Sed quia in impudentia tua perdurans, me putas minas tuas posse formidare, quicquid tibi videtur in supplicijs maius, excogita. Tanto em̃ meo regi ero acceptior, quanto pro eius nomine fuero permanens in tormẽtis confessor. Tunc Aegeas iussit eum flagellis cædi extẽsum. Quiq; quũ septem terniones transisset, eleuatus est, atq; adductus ante eum. Cui Aegeas dixit: Audi me Andrea, & ab effusione sanguinis consilium reuoca. Quod si non feceris, crucis te faciam interire patibulo. Andreas dixit: Ego crucis Christi seruus sum, & crucis trophæum optare potius debeo, q̃ timere. Tibi autem cruciatus æternus, qui debetur, poteris euadere, si postquam probaueris perseuerantiam meam, vel sic credideris Christo. Ego em̃ de tuo interitu timeo, nõ de mea passione conturbor. Passio em̃ mea aut vnius diei spatium occupat, aut duorũ vt multum, tuus aũt cruciatus nec per millia annorum potest peruenire ad finẽ. Vnde desine iam miserias tuas augmentare, & ignem ipse tu tibi æternum accendere noli. Tunc indignatus Aegeas, cruci eũ affigi præcepit, mandans hoc quæstionarijs, vt ligatis pedibus & manibus, quasi in eculeo tenderetur, ne clauis affixus, cito deficeret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Quũq; eum carnifices ducerent, vt crucifigeretur, concursus factus est populorũ, clamantiũ ac dicentiũ: Iustus homo & amicus dei quid fecit vt ducatur ad crucẽ? Andreas vero rogabat populũ, vt non impedirẽt passionem eius. Gaudens em̃ & exultans ibat, & à doctrina nõ cessans. Quũq; peruenisset ad locũ, vbi crux parata erat, videns eam à longe, exclamauit voce magna, dicens: Salue crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membrorum eius margaritis ornata. Antequàm te ascenderet dominus, timorem terrenum habuisti, modo vero amorem cœlestem obtinens,

Grauissima et magnanima diui Andreæ ad Egeam rñsio.

Maxima diui Andreæ fortitudo.

2. Cor. 4

Quam fuit popularis diuus Andreas.

Pia diui Andreæ ad crucẽ suam oratio.

pro voto susceperis. Scires enim à credentibus quanta intrà te gaudia habeas, quanta munera præparata. Securus ergo & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans suscipias me discipulũ eius, qui pependit in te, quia amator tuus semper fui & desideraui amplecti te. O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris domini suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quæsita, & aliquando iam cõcupiscenti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te redemit me. Et hæc dicens, expoliauit se, & vestimenta sua tradidit carnificibus. Qui accedentes, leuauerũt eum in crucem, & extendẽtes funibus totum corpus eius (sicut eis iussum fuerat) suspenderunt. Astantes vero erant turbæ ad viginti millia hominũ, inter quos erat frater Aegeæ nomine Stratocles, qui simul clamabat cum populo, iniusto iudicio sanctum virum hoc pati. Sanctus vero Andreas confortabat mentes credentiũ Christo, & hortabatur ad tolerantiam temporalem, docens nihil esse dignum passione ad æternã remunerationis compensationem. Interea vadit omnis populus cum clamore ad domũ Aegeæ, & omnes pariter clamantes, dicebant: Virum sanctũ, pudicũ, ornatum moribus, bonum doctorẽ, pium, modestũ, rationabilẽ, non hoc debere pati, sed debere deponi de cruce, quia iam secũda die in cruce positus, veritatẽ p̃dicare nõ cessat. Tunc Aegéas pauescens populũ, & promittẽs se eũ deponere simul cœpit ire. Quẽ vidẽs sanctus Andreas, dixit: Quid tu ad nos Aegéa venisti? Si vis credere Christo, sicut promisi, aperiet tibi via indulgẽtiæ. Si aũt venisti ad hoc tm̃, vt me soluas, ego penitus hinc de ista cruce viuens in corpore depoñi nõ potero. Iam em̃ regẽ meũ video, iã adoro, iam in cõspectu eius cõsisto. Sed de tuis miserijs doleo, quia paratus te expectat æternus interitus. Curre pro te miser, dũ adhuc potes, ne tunc incipias velle quũ non poteris. Mittentes aũt manus ad crucem carnifices, non poterant penitus contingere eum. Et subinde alij & alij ingerentes se, vt soluerent eũ, & nullus poterat pertingere ad eũ. Stupebant em̃ brachia eorũ, quicũq; se extendissent ad soluendũ eũ. Tunc voce magna sanctus Andreas dixit: Ne permittas domine Iesu Christe me famu-

Matt. 5
Lucæ. 6
Rhom. 8
2. Cor. 4

Sanctissima de

lum

lum tuū, qui propter nomē tuū pendeo in cruce, solui, nec p- mittas eū, qui iā per crucē tuā cognouit magnitudinē tuā, ab Aegéa, hoīe corruptibili, humiliari, sed suscipe me tu magi- ster meus Christe, quē dilexi, quē cognoui, quē cōfiteor, quē cernere desidero, in quo sum quod sum. Suscipe dñe Iesu Chri ste spm̄ meū in pace, qa iā tēpus est vt veniā, desideranste vi- dere. Suscipe me dñe Iesu Christe magister bone, & iube me de ista cruce nō deponi, nisi prius spm̄ meū susceperis. Et quū hæc dixisset, vidētibus cūctis, splendor nimius sicut fulgur de cœlo veniēs, ita circūdedit eū, vt penitus præ ipso splendore oculi eū humani nō possent aspicere. Quūq; permansisset splē dor ferè dimidiæ horæ spacio, abscedente lumine, emisit spi- ritū, simul cū ipso lumine pergēs ad dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

ui Andreæ ad dūm oratio.

Obit diuꝰ Andreas miraculose.

QVædā vero fœmina, noīe Maximilla, senatrix in spe- cu posita, diligēs pudicitiā & sanctitatē, statim vt co- gnouit aplm̄ perrexisse ad dñm, accessit ad crucē, & suoꝝ solatio cū omni reuerentia deposuit corpus, & cōdiuit aromatibus, & in loco, quo se constituerat, sepeliendā, illic cū sepeliuit. Aegéas vero iratus cōtra populū, disponebat conte statione publicā facere, & ad Cæsarē accusationē cōtra Ma- ximillam, & populū destinare. Sed dū ordinat in conspectu officij sui, à diabolo arreptus est, & in medio foro ciuitatis vo lutatus, expirauit. Nūtiatū est fratri eius, cui nomē erat Strato cles, & misit seruos suos, dixitq; eis, vt iter Biothanatos sepe lirēt eū. Ipse aūt de facultatibus eius nihil quęsiuit, dicēs: Non mihi permittat dominus meus Iesus Christus, cui credidi, vt ego de bonis fratris mei aliquid contingā, ne polluat me cri- men eius, quia aplm̄ dñi ausus fuit pro amore pecuniæ occide re. Hæc aūt gesta sunt apud Achaiā prouinciā, ciuitatem Pa tras, pridie Calendas Decēbris, vbi & iā præstantur glorioſa eius beneficia vsq; in pſentē diē. Tantus aūt timor inuasit om nes, vt nullus remaneret, qui nō crederet, saluatori nostro deo qui vult omēs saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Ab Ægea miraculose sumit supplicium.

Patris i Achaia diuus Andreas moritur vltima die Nouembris. 1. Tim. 2

¶Explicit passio sancti Andreæ Apostoli.

PASSIO SANCTI IACOBI APOSTOLI.

De hoc Iacobo fit mentio, mox in principio 12. cap. in actis apostolorum. Lucę. 24

APOSTOLVS DOMINI nostri Iesu Christi Iacobus frater Iohannis Apostoli & Euãgelistæ, omnẽ Iudæã & Samariã visitabat. Ingrediens aũt per synagogas, secundũ scripturas ostendebat oĩa à prophetis ꝑdicta, ꝙ in dño nostro Iesu Christo impleta sunt. Accidit autẽ, vt quidã Hermogenes Magus discipulũ suũ, Philetũ noĩe, mitteret ad eũ. Qui quũ veniſſet cũ aliq̃tis phariſæis ad Iacobũ, conabat aſſerere, ꝙ non verus dei filius eſſet Ieſus Chriſtus Nazarenus cuius ſe apl'm cõmemorabat. Iacobus aũt in ſpũ ſancto confidenter agens, oẽs aſſertiones eius euacuauit, oſtẽdẽs ei ex ſcripturis diuinis, hunc eſſe filiũ dei verè. Reuerſus aũt ad Hermogenẽ Philetus, dixit ei: Iacobũ, qui ſeruũ ſe Chriſti Ieſu Nazareni aſſerit, & apl'm eius eſſe, ſcias ſuperari nõ poſſe. Nã in nomine eius vidimus eũ dæmones ex obſeſſis corporibus eĳciẽtẽ, cæcos illuminantẽ, leproſos mundantẽ. Aſſerunt & iã amiciſſimi mei vidiſſe ſe Iacobũ mortuos ſuſcitantẽ. Sed ꝙd multis moramur? Oẽs ſcripturas ſanctas memoriter retinet, ex ꝙbus oſtendit, nõ eſſe aliũ dei filiũ, niſi hunc, quẽ Iudæi crucifixerunt. Placeat ergo tibi cõſiliũ meũ, & veni ad ipſum & poſtula tibi indulgentiã ab eo. Quod ſi nõ feceris, ſcias tibi artẽ tuã magicã in nullo penitus profuturã. Me aũt ſcias ad ipm velle reuerti, & petere, vt eius merear eſſe diſcipulus. Hermogenes aũt hæc audiens, repletus eſt zelo, & vinxit Philetũ ita, vt ſe mouere nõ poſſet, & dicebat ei: Videamus ſi Iacobus tuus ſoluat te ab his vinculis. Tunc Philetus feſtinanter miſit puerũ ſuũ ad Iacobũ. Qui quum veniſſet & annũtiaſſet ei, ſtatim ſudariũ ſuũ miſit ad eũ, dicẽs: Accipiat illud, & dicat: Dñs Ieſus Chrũs erigit eliſos, ipſe ſoluit compeditos. Statim aũt, vt ſudario eius cõtigit eũ, is qui illud attulerat, reſolutus à vinculo magico, currẽs venit ad Iacobũ, iſultãs maleficijs magicis.

Hermogenes magus. Philetus.

Diuinę ſcripturę teſtant Chriſtũ Ieſum eſſe verũ dei filium.

Iacobũ memoriter tenuiſſe ſacras ſcripturas

Sudariũ diui Iacobi virtute Chriſti operat Pſal 144

Her-

Hermogenes aũt Magus dolens quod ei insultaret, arte sua excitauit dęmones, & misit eos ad sanctũ Iacobum, dicẽs: ite & ipm Iacobũ mihi huc adducite simul & Philetũ discipulũ meũ, vt vindicer in eo, ne mihi discipuli me taliter incipiant insultare. Venientes aũt dæmones, vbi sanctus Iacobus orabat, vlulatũ in aere habere cœperunt, dicẽtes: Iacobe apostole dei, miserere nostri, qa antrę̃ veniat tps incendij nostri, iã ardemus. Dicit eis Iacobus: Vt quid venistis ad me? Dicunt ei dæmones: Hermogenes nos misit, vt te & Philetũ ad ipsum pduceremus. Mox aũt, vt egressi sumus, angelus dñi sanctus religauit nos, & cruciamur catenis igneis. Dicit eis Iacobus: In nomine patris & filij & spiritus sancti exoluat vos angelus dei, ita vt reuertentes ad Hermogenem non eum lædatis, sed vinctum huc adducatis. Qui cum abijssent ligauerunt ei restibus manus à tergo, & ita illum perduxerunt, dicentes: Misisti nos vbi incensi sumus, & torti, & intolerabiliter consumpti. Cum autem ad Iacobũ fuisset perductus, dicit ei Iacobus apostolus dei: Stultissime hominum, qui cum inimico humani generis rationem te habere credis, quare nũc consideras, quem rogasti, vt mitteret tibi angelos suos ad læsionem meã, quos ego adhuc non permitto, vt furorem suũ ostendant tibi? Clamabant quoq; dæmonia ipsa dicentia: Da nobis eum in potestatem, vt possimus & tuas iniurias vindicare, & nostra incẽdia: Dicit ei Iacobus: Ecce Philetus ante vos stat, cur eum nõ tenetis? Dicunt ei dæmones. Non possumus vel formicã quę in cubiculo tuo est contingere. Tunc beatus Iacobus dixit ad Philetum: Vt cognoscas scholam domini nostri Iesu Christi hanc esse, vt discant homines bona pro malis reddere, ille te ligauit, tu solue eum, ille te vinctum à dæmonibus ad se conatus est adducere, tu autem eum captum à dæmonibus liberũ ire permitte. At vbi soluit eum Philetus, confusus, & humilis & deiectus Hermogenes cœpit stare. Dicit ei Iacobus: Vade liber quocunq; volueris. Non est enim disciplinæ nostræ, vt inuitus aliquis conuertatur. Dicit ei Hermogenes: Ego noui iras dæmonum. Nisi mihi aliquid dederis quod mecum habeam, tenebunt me, & diuersis pœnis interficient me. Tunc dicit ei Iacobus: Accipe tibi baculum itineris mei, & cũ eo per-

Ingens miraculum cõtra dæmones

Verba diui Iacobi ad Hermogenem grauissima

Matth. 5. Lucæ. 6. Rhoma. 12

Ad fidẽ nemo cogẽdus est primum

Libri magici Hermogenis perduntur

ge securus quocũq; volueris. Et accipiens baculum Apostoli iuit ad domum suam. Deinde posuit super ceruices suas, & super ceruices discipulorum suorũ tabernas plenas codicibus, & attulit ad Apostolum dei, & voluit eos ignibus concremare. Dicit ei Iacobus: Ne forte odor incendiorum vexet incautos, mitte intra tabernas petras simul & plumbũ, & fac eas demergi in mare. Quod cum fecisset Hermogenes, reuersus

Hermogenes ad fidem conuertitur

tenere cœpit plantas Apostoli, rogans eum, & dicẽs: Animarum liberator, accipe pœnitentem, quem inuidentem, & detrahentem hactenus sustinuisti. Respondit ei Iacobus, & dixit: Si veram deo pœnitentiam obtuleris, veram eius indulgentiam consequeris. Dicit ei Hermogenes: Intantum veram deo pœnitentiam offero, vt omnes codices meos, in quibus erat illicita præsumptio, abiecerim, & omnibus simul renuntiauerim artibus inimici. Dicit ei Apostolus: Nunc vade

Talis pœna plane decet eti amnum hæreticos

per domos eorum quos subuertisti, vt per te reuoces suo domino, quos tulisti, Doce esse verum, quod dicebas falsum, & hoc esse falsum quod dicebas verũ. Idolum quoq; quod adorabas, & à quo diuinationes tibi putabas responderi confringe, pecunias quas de malo opere acquisisti, in bonis operibus

Matthæ. 5 Lucæ. 6

expende, vt sicut fuisti filius diaboli imitãdo diabolum, ita filius efficiaris dei imitãdo deũ, q quotidie & iã ingratis beneficia præstat, & se blasphemãtibus exhibet alimenta. Si enim cum malus esses apud deum, bonus circa te extitit deus, quanto magis erit circa te benignior, si malus esse cessaueris, & bonis ei operibus desideraueris complacere? Hæc & his similia dicente sancto Iacobo, in omnibus ei obtemperabat Hermogenes & ita cœpit esse in dei timore perfectus, vt iã virtutes p eum, plurimas fecisset dñs. Videntes igit ludæi, q a hunc Magum, quem inuictũ putabant, ita conuertisset, vt & iã omnes discipuli & amici eius, q solebãt ad synagogã conuenire Iesu Christo per Iacobum credidissent, obtulerunt pecunias centurionibus duobus, q præerãt Hierosolymis, Lysiæ, & Theocristo, & tenuerũt eum, & miserunt in custodiã. Facta autem à populo seditione, dictum est debere eum educi, & secundũ legem audiri. Tunc pharisæi dicebant ei: Vt quid prædicas Iesum hominem, quem inter latrones crucifixum oẽs scimus?

Tunc

Tunc Iacobus repletus spiritu sancto, dixit: Audite viri frēs, & omnes qui vos filios Abrahæ esse scitis. Promisit deus pr̄i nostro Abrahæ, q̄d in semine eius om̄es gētes hæreditarent. Semen autem eius non est sup Ismael, sed super Israel. Ismael enim cum matre sua Agar eiectus est, & à portione seminis Abrahę exclusus est, & dictum est Abrahæ à deo. In Isaac vocabit tibi semē. Amicus aūt dei Abrahā pr̄ nr̄ appellatus est, anteq̄ circūcisionem acciperet, & anteq̄ sabbatū coleret, aut aliquid diuinæ constitutionis sciret: Amicus aūt dei factus ē, nō circūcidendo, sed credendo in deū, hoc quod in semine eius hæreditarent om̄es gētes. Si ergo Abrahā factus est amicus dei credēdo, cōstat inimicū dei fieri, q̄ nō credit in deum. Dixerūt aūt Iudæi. Et q̄s est, q̄ nō credit in deū? Iacobus rn̄dit: Qui nō credit quod in semine eius hæreditarent, oēs gentes, & q̄ nō credit Moysi dicēti: Suscitabit vobis dn̄s ꝓphetā magnū, ip̄m audietis, tanq̄ me per om̄ia, quæ præceperit vobis. Hoc aūt promissum, quo ordine fieret, Esaias prædixit. Ait em̄: Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filiū, & vocabit nomē eius Emanuel, quod est interpretatū nobiscū deus. Hieremias aūt dicit: Ecce veniet redēptor tuus Hierusalem, & hoc eius signū erit: Cæcoꝝ oculos aperiet, surdis auditum reddet, & voce sua mortuos suscitabit. Ezechiel autem assignauit eum dicens: Veniet rex tuus Syon, veniet humilis, vt restauret te. Daniel autem dicit: Sicut fluuius ita veniet, & ip̄e obtinebit principatum & potestatem. Dauid autem dicit, vocem se audisse filij dei dicētis: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Et vox patris de filio dicit: Ipse inuocabit me, pater meus es tu, & ego primogenitum ponam illum excelsum pręregibus terræ. Ad ipsum & iam Dauid sermo dei loquit dicēs: De fructu ventris tui ponam super sedem tuā. De passione autem eius dicit Esaias: Sicut ouis ad occisionem ductus est. Et Dauid in persona eius dicit: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimēta mea, & sup vestimēta mea miserūt sortē. In alio loco idem Dauid dicit: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerūt me aceto. De morte autem eius dicit: Caro mea requiescet in spe

quia

Oro diui Iacobi pūssim.12
Gala.5.
Gene.12
Acto.3
Gala.4
Gene.24
Gene.15.
Rhoma.4
Gala.3
Deutero.18
Acto.3
Esaiæ.7
Lucæ.1.
Id ab Esaia p̄dictum est, capite.35
Id a Zacharia prædictum est capite.9.
Daniel.7
Psalm̄.2
Hebræ.1.
2.Regum.7
Psalm̄.131.
Esaiæ.53.
Psalm.21
Psalm̄.68
Psalm̄.15
Acto.2.
Acto.10.

Psalm.3 Psalm.138 Psalm.11 quia non dereliques animam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Vox autem filij ad patrem dixit Exurgam adhuc, & tecum sum. Et iterum: Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgã dicit dominus. Psalm.67 Psalm.46 Psalm.17 1. Regum.2 De ascensione autem eius dicit: Ascendẽs in altum captiuam duxit captiuitatem. Et iterum: Ascendit super Cherubin, & volauit. Et iterum: Ascendit deus in iubilatione. Item Anna mater sancti Samuelis dicit: Ascendit dominus super cœlos, & tonabit. Et alia multa inueniunt in lege de ascensione eius testimonia. Nam quod sedeat ad dexteram dei patris idem p Dauid dicit: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Et quod Psalm.109. Actō.2 Hebræ.2. Psalm.49 venturus sit iudicare terram per ignem, idem Propheta testatur, dicens: Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Hæc oñia in domiño Iesu Christo impleta sunt. Quę autem nec dum facta sunt, implebunt ita vt prophetata sunt. Esaiæ.26.61 Ait enim Esaias: Surgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt, Si interroges quid erit cũ resurrexerint, audi Dauid dicentem. Semel locutus est deus, duo hæc audiui, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddes vnicuiq; secundum opera eorꝫ. Vnde viri fratres, vnusquisq; vestrum pœnitentiam agat, vt non recipiat secundũ opera sua Psalm.61 Matthæ.16 Quiescite participes esse eorꝫ, qui cruci affixerũt eum, q mundum totum à cruciatibus liberauit. Nam sputamento suo oculos cæci nati aperuit, vt probaret ipse esse, qui Adam de limo terræ formauerat. Lutum fecit de saliua sua, & imposuit sup loca oculorꝫ, quos non ęcauerat infirmitas, sed lumen defuerat per facturam. Nam interrogauimus dominũ nostrum Iesum Christum dicentes: Quis peccauit, hic, aut parentes eius, Matthæ.11 Johan.9 Gene.2 Sapiæ.10 vt cæcus nasceretur. Et respondit nobis, dicens: Nec hic peccauit, nec parentes eius, sed vt manifestentur opera dei in illo idem vt manifestus fieret artifex, qui eum fecerat: cum ipe faceret quod minus fecerat. Nam & hoc quod pro bonis mala recepturus esset, prædicatum est, in persona eius per Dauid, Johan.9 Psalm.34 Psalm.108. cum diceret: Retribuerũt mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Deniq; postea quàm paralyticos curauit, leprosos mundauit, cæcos illuminauit, dæmones fugauit, & Matthæ.11

mortuos ſuſcitans, oēs vna voce clamauerunt, dicentes: Reus eſt mortis. Et quod à ſuo diſcipulo tradēdus erat, hoc ordine ꝓdicatū eſt ꝑ Dauid: Qui edebat panē meū mecū, ampliauit aduerſum me ſupplantationē. Hæc oīa viri fratres, filij Abrahæ ꝓdixerunt, loquente ꝑ os eorꝝ ſpū ſancto. Nunquid ſi hæc nō credimus, poterimus euadere perpetui ignis tormēta? Aut nō merito puniendi erimus, quū gentes credāt vocibus prophetarꝝ, & nō credamus nos patriarchis & prophetis noſtris? Erubeſcenda & punienda tot factis & ſceleribus crimina, lachrymoſis vocibus lugeamus, vt pœnitentiā noſtrā pius indultor accipiat, ne illa nobis eueniant, q̄ contemptoribus dñi eueniſſe in Moſe legunt, & in Dauid. Aperta eſt em̄ terra, deglutiuit Dathan, & opperuit ſup ſynagogā Abyron. Exarſit ignis in ſynagoga eorꝝ, & flāma cōbuſſit pc̄tōres. Hæc & his ſimilia dicente ſancto Iacobo, tantam dñs grām apoſtolo ſuo cōtulit, vt oēs vna voce clamarent: Peccauimus, iniuſte egimus, da nobis remediū, quid faciamus. Quibus ſanctus Iacobus ait: Viri fratres nolite deſperare, ſed credite tantū, & baptizabimini, & delent oīa peccata veſtra. Poſt aliquātos autē dies baptizati ſunt. Tunc Abiathar pontifex anni illius vidēs tantū populū dño credidiſſe, repletus zelo per pecunias excitauit ſeditionē grauiſſimā, ita vt vnus ſcriba phariſæorꝝ mitteret funē in collū eius, & perduceret eū ad prætoriū Herodis regis. Herodes aūt filius Archelai regis, nepos vero Herodis ſub quo dñs natus eſt, quū iam moliretur in diſcipulos dñi inſidias, cupiens placere Iudæis, iuſſit eū decollari. Quūq; duceretur ad decollationē, vidit paralyticū iacentē & clamantē ſibi: Sancte Iacobe apſte Ieſu Chriſti, libera me à doloribus, quibus oīa mēbra mea cruciant. Qui ait ad eū: In noīe crucifixi dñi noſtri Ieſu Chriſti, pro cuius fide ducor ad decollationē, exurge ſanus, & benedic ſaluatorē tuū. Et protinus ſurrexit, & cœpit gaudens currere & benedicere nomē dñi Ieſu Chriſti. Tunc ille ſcriba phariſæorꝝ, noīe Ioſias, qui funē in collū apoſtoli miſit & traxit eū, mittēs ſe ad pedes eius, dixit ei: Obſecro te vt des mihi indulgentiā, & facias me noīs ſancti participē. Intelligens aūt Iacobus viſitatū cor eius à dño, dixit ei Tu credis quia dñs Ieſus Chriſtus, quē Iudæi crucifixerūt, ipſe

Mat. 26
Mar. 14
Pſal. 40
Spūs ſanctus per prophetas eſt loquutus

Admonitio ad pœnitentiam perpulchra.

Nume. 16

Pſal. 105
Fide ꝑ baptiſmū ſit ſaluatio
Act. 3

De hoc reſtanſtur acta apoſtolorum, cap. 12

Paralyticū ſanat diuus Iacobus.
Joſias ſcriba conuertitur ad fidem.

Mat. 16
Johan. 1

sit verus filius dei viui? Et ait Iosias: Ego credo, & hæc ē fides mea ex hac hora, qa ipse ē filius dei viui. Tūc Abiathar ponti fex fecit eū teneri, & dixit ei: Si nō discesseris à Iacobo, & maledixeris nomē Iesu Chr̄i, cū ipso decollaberis. Dicit ei Iosias Maledict⁹ tu, & maledicti oēs dij tui, nomē aūt Iesu Chr̄i dn̄i nr̄i quē Iacob⁹ p̄dicat, est bn̄dictū in scl'a. Tūc Abiathar iussit pugnis cædi os eius, & missa de eo relatiōe ad Herodē, īpetrauit, vt simul cū Iacobo decollaret. Vētū est aūt ad locū vbi decollādi erāt, & dixit Iacobus spiculatori: Priusq̄ nos decolles facito nobis aquā dari. Et allata ē lagena plena aqua. Tūc dicit ad Iosiā: Credis in patrē & filiū & spm̄ sanctū? At vbi dixit Iosias, credo, pfudit eū Iacob⁹, & dixit ei: Da mihi pacis osculū. Quūq̄ osculatus eēt eū, posuit manū suā sup caput eius, & bn̄dixit eū, & fecit signaculū crucis Chr̄i in frōte eius, atq; ita pfectus in fide dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i cū apl'o vna hora simul martyr effectus, prexit ad dn̄m, cui est honor, gloria in scl'a seculoꝝ. Amen. ¶Explicit passio sancti Iacobi apostoli.

¶Incipiūt capitula in vitā S. Iohānis Euāgelistæ.

Qual'r ī æneo cōiectus ē. ca. 1.
De exilio & reditu eius. 2
De iuuene cōmēdato. 3
De perpetua Drusianæ continentia. 4
De Drusiana suscitata 5
De gēmis confractis. 6
De virgis & harena. 7
De mortuo suscitato. 8
De destructiōe templi & mortuis suscitatis. 9
De vocatione sancti apl'i. 10
De exitu Herodis. 11

FINIS

VITA S. IOHANNIS APOSTOLI.

¶Qualiter in æneo coniectus est. Cap. I.

Mat. vl. Mar. vl. Actoꝝ. 1. Esebius lib. 3. cap. 1. Ecclesi. historiæ.

Actoꝝ. 12.

Ese. lib. 3 ca. 1. eccle. historiæ.

TEMPORE ILLO SANcti apostoli dn̄i & saluatoris nr̄i, cæteriq; discipuli ad p̄dicandū verbū dei, per singulas quasq; orbis terræ prouincias dirigunt. Iacobus vero & Iohānes frater eius quū in Iudæa circūeuntes p̄dicarēt verbū dei, Iacobus ab Herode cōprehēsus, capite plexus ē, Iohānes vero frater eius sub Domiciano Imperatore apud

vrbem

vrbē Ephesum à procōsule cōprehensus, admonebatur vt iuxta edictū imperiale negaret Christū, & à p̄dicatiōe cessaret. At ille respondēs, dicebat: Obedire magis oportet deo q̄ hominibus. Proinde nec Christū deū meū negabo, nec à p̄dicatione noīs eius quiescā, donec cōsummē cursum ministerij q̄d suscepi. Ad cuius responsionē motus procōsul, iussit eū velut rebellē Cęsaris in doleo feruētis olei mergi. Qui statim, vt cōiectus in eo est, velut fortis athleta vnctus, nō adustus de vase exijt. Ad q̄d miraculū procōsul stupefactus, voluit eū libertati suæ reddere, & fecisset, nisi videret iussioni regis contraire.

Act. 5

Johānes Euāgelista miraculose ex feruente oleo liberatur.

¶De exilio & reditu eius. Cap. II.

TVnc præcepit eum in exilio duci in insulā, quæ dicitur Pathmos, in qua & Apocalypsim, quæ ex nomine eius legit, & vidit & scripsit. Post mortē autē Domiciani, quia oīa decreta illius senatus infringi iusserat, inter cæteros q ab illo relegati fuerāt & ad propria remeabāt, & iā S. Iohānes Ephesum redijt, vbi & hospitiolū & multos habebat amicos. Plenitudine eñ grāe dei & cōuersatione syncera cōmendatus oībus amabilis erat. In qua ciuitate senescēs, & iam p̄dicationē verbi diuini signis & virtutibus cōfirmabat, ita vt tactu vestimēti eius languētes sanarent, infirmi curarent, cæci illuminarent, dæmones ab hominibus expellerentur, & iam leprosi mundarentur.

Vide Eusebiū lib. 3. cap. 18 De Apocalypsi variū fuit oli iudiciū. ⁊ a q̄nā esset scripta. plane iter veteres haud conuenit, negari tñ neq̄t, q̄n scri alicuius fuerit ⁊ sine vlla dubitatiōe p̄ dei spm̄ scripta, etiāsi nō ab eo Johāne, q̄ filius Zebedęi ⁊ frater Jacobi fuerit, cuius euāgm̄ secūdū Johannē scriptū ē, ⁊ epl'a catholica. vide fusius Euse. li. 7. ca. 23. et alias passim. Hac etiānū de re videat Eusebius lib. 2. ca. 23 eccle hist.

¶De iuuene commendato. Cap. III.

CVm ergo redisset ad Ephesum, rogabat & iā vicinas illustrare prouincias, q̄d vel ecclesias fundaret in q̄bus nō erāt locis, vel in q̄bus erāt sacerdotibus ac ministris īstitueret, secūdū q̄d ei de vnoq̄q; spūs sanctus indicasset. Quū igit venisset ad quandā vrbē haud longe positā, oībus ecclesiasticis solenniter adimpletis, vidit ibi iuuenem quendam validum corpore & vultu elegantem, sed & animis acrem nimis. Respiciensq; ad episcopum, qui nuper fuerat ordinatus, hunc (inquit) tibi summo studio commēdo, sub testimonio Christi & totius ecclesiæ. Tum ille suscipiens omnem se adhibiturum sicut præcipiebat diligentiam pollicetur. Sed iterum atq; iterum eadem sæpius repetens, iuuenem cōmendabat attentius, & post hæc Ephesum redijt.

Tum vero presbyter in domũ ſuã adoleſcentẽ ſuſcepit, commendatũ & cũ omni diligentia enutrit, amplectitur, fouet, ad vltimũ & iam baptiſmi grãm tradit. Poſt hæc & iã velut confidens gratiæ, qua fuerat cõmonitus, paulo indulgentius habere iuuenem cœpit. Sed ille vbi matura libertate potitus eſt, continuo pe æqueuos, quibus luxus & deſidia cordi eſt, amare vitia, & corruptæ vitæ incedere tramitem perdocetur. Et primo quidẽ cõuiuioꝝ illecebris decipitur, inde nocturnis eũ furtis ſociũ ſibi participemq; conſciſcunt, poſt hæc iã ad maiora flagitia pertrahunt. Quũ interea ſenſim iuuenis informabatur, & inſtituebatur ad ſcelera, & quũ eſſet acer ingenio, ſicut equus infrenis & validus, duris morſibus obfirmatus, recti itineris lineã derelinquẽs, rectore cõtempto, rapido curſu totus fertur in p̃ceps, ita ſuccedentibus ſibi malis, vt deſperationẽ quoq; adeo ſibi præſtitæ ſalutis acceperit. Dedignatur iam de paruis ſceleribus cogitare, grãdiaq; molitur, & ex integrõ perditioni ſe tradens, nullo ſe inferiorẽ eſſe in flagitijs patitur. Deniq; illos ipſos, qui prius magiſtri criminũ fuerant, diſcipulos facit, & latronũ ex his turmã, quibus ipſe dux & princeps violentus præeſſet, inſtituit, & cũ his omni crudelitate graſſatur. Verũ tẽpore elapſo, quũ rei ita poꝑoſciſſet vtilitas, inuitaturiteꝝ ad illã vrbẽ Iohãnes. Et quũ cætera, quoꝝ gratia venerat, ordinaſſet, age (inquit) ò epiſcope, depoſitũ repreſenta quod tibi ego plane & Chriſtus cõmendauimus, eccleſia teſte, quã regis. At ille obſtupuit, primũ pecuniã putans à ſe repoſci, quã non acceperat, ſed rurſum conſiderabat, nec poſſe fallere Iohannẽ, nec quod nõ dedit, quærere. Hærebat igitur ſtupens. Quẽ Iohãnes hærentẽ videns, iuuenẽ illũ (inquit) repeto à te & animã fratris. Tunc grauiter ſuſpirans ſenior & in lachrymas reſolutus, Ille (ait) mortuꝰ eſt. Quomodo (inquit) vel quali morte? Deo (ait) mortuus eſt, qui peſſimus & flagitioſus euaſit, ad vltimũ & iam latrociniũ aggreſſus eſt. Deniq; nunc montẽ quendã cũ multa latronũ manu occupat. Quibꝰ auditis aplius, veſtẽ continuo, qua erat indutus, ſcidit, & cum ingenti gemitu feriens caput ſuũ, Bonũ te (inquit) cuſtodem fratris animæ dereliqui. Sed iam mihi equus paretur, & dux itineris. Et confeſtim ab eccleſia aſcendens, concitus properabat.

En quantũ valet conſortium malorum.

Dolẽs quiſpiã bipharie.

rabat. Cumq; peruenisset ad locum, attinet ab eis latronibus q custodias obseruabāt. Sed ille neq; effugere, neq; prorsus declinare vsquā nitēs ingēti trm voce clamabat: quia ad hoc ipm veni, adducite mihi principem vrm. Qui cum veniret armatus, eminus agnito Iohāne apō pudore actus, in fugā vertit. Ille equo post eū admisso cōfestim insequit fugientē, & iā ætatis oblitus, simul & clamās. Quid fugis ò fili prem tuū? Quid fugis inermē senē? Miserere noli timere habes adhuc spem vitæ. Ego Christo rnem pro te reddam, certe & mortem pro te libenter excipiam, sicut & dominus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum & crede mihi, qa Christus me misit. At ille audiēs restitit, ac vultum demisit in terram, post hoc arma proiecit. Tum deinde tremefactus flebat amarissimè & accedētis ad se senis genibus prouoluit, gemitibus & vlulatibus, quibus poterat, satisfaciens, & vberrimis lachrymarum suarum fontibus iterū baptizat occultās solam dexteram suam. Apostolus vero iurisiurādi sacramento se ei à saluatore impetratum veniā pollicens simulq; genibus eius prouolutus, atq; ipam dexterā (ex cuius cædis conscientia torquebat, tanq; iam per pœnitentiam purgatam) deosculans ad ecclesiam reuocat, & indesinēter pro eo oones profundēs & cū ipo pariter ducēs crebra ieiunia, indulgentiā à deo, quā ei pollicitus fuerat expetebat, sed & varijs sermonum consolationibus velut quibusdam præcantationibus efferos & exterritos eius animos mitigabat, nec prius abstitit, q; eū in oībus emendatum & iam ecclesiæ præficeret, præbens per hoc magna exempla veræ pœnitentiæ, & documentum ingens nouæ regenerationis atq; insignia quædam trophæa inuisibilis in eo resurrectionis ostendens.

Mira pietas, et dilectio summe syncera

Forma veræ pœnitentiæ.

¶De perpetua Drusiaq; continentia. Ca. IIII.

CVM plurimas igitur vrbes adisset sanctus Iohannes Euangelista, prædicans dei verbum, reuertitur Ephesum eò quòd sibi finem vitæ adesse intelligeret, fuitq; in summa gra, ita vt alius manus eius gauderet contingere, alius applicare eas oculis suis, aut admouere pectori, pleriq; & iam tactu vestis hilarati, qui tetigerant amictum sancti Apostoli sanabantur, Sed hæc sancta gaudia

Iohannes euāgelista summis inclarujt miraculis.

& piam celebritatem aduersarius ingemiscēs, immunem frau dis esse non passus, perturbare conatus est, vas sibi ad nocendum eligens gentilis hominis, qui nesciret deum, causam arripiens de pulchritudine fœminæ Drusianæ, & ad facilitatem prolapsionis ascisens adolescentis ætatem, adolescenti vero nomen Calimago erat. Is Drusianam cum vidisset, adamauit, & quãuis Andronicus duxit eam vxorem, & iam in adulterij crimen exæstuabat. Frequens erat sermo & certa opinio, quod ea fœmina Apostolicis intẽta sermonibus propter dei cultum se prohibuisset à viro, clausaq; in sepulchro, ne ita quidem victa in arbitriũ cessisset mariti, quin & iam mori elegerit, quàm consuetudinem repetere cõiugij, cum præsertim maritus insisteret, dicẽs: aut mihi te vxorẽ qualem ante, præbebis, aut morte persequar repugnantem. Sed nec mortis timore reuocata est, nec ea contemplatione, quod plurima cõsecuta esset à viro. Verum hęc amore illius captus adolescens audire nõ poterat, imò auidre nolebat, cum reuocaret à plurimis eò quòd insaniret homo, qui confirmatam dei verbo putabat suo furore tentandã, cum præsertim illa & iã maritũ proprium ad obseruantiam prouocaret castitatis, vt ea quę vxor & iam ipse sentiret atq; sequeretur, nec corporeos vsus requireret, sed coniugij copulam mentis tantummodo charitate seruaret. Dicebant hæc amici, sed furentem reuocare nõ poterant. Denicq; compellebat fœminam nuntio, speq; poscendi deiectus, mœstiorem vitam cępit ducere. Drusiana quoq; procaci interpellatione offensa, post biduum febrem incidit, dolens quod ad patriam reuertisset, & tantum nephas esset exortum. Vtinam (inquit) nõdum repatriassem, ne huius causa mali oboriretur. Si enim fuisset repletus iste verbo dei, nunquàm in tantũ incidisset errorem. Ego igitur causa tanti vulneris infirmæ animæ fui, & ideo solue me ab hac vita domine Iesu & ad te citius euoca ancillam tuam. Hæc præsente Iohanne Apostolo, dicebat Drusiana, sed causam ignorante. Tristis igit ac mœsta ꝓpter vuln⁹ adolescẽtis illius obijt, mœstiorem quoq; fecit maritum quia conturbatum vxor eius habuisset exitum, & mœrore affecta animã orasset absolui. Flebat igitur ita, vt reprehenderet ab Apostolo dicẽte, ita ne fle-

Insania illiciti amoris.

ueris

ueris quasi ignores quod illa concesserit, nescis illam conuersationem esse meliorem, quæ in cœlo est, ad quam sancta & fidelis Drusiana trãsiuit expectans spem resurrectionis à mortuis. Cui respondit Andronicus, se non diffidere quod resurrectura sit Drusiana, nec nutare fide, sed putare, quod si quis pure huius vitæ confecerit cursum, ille saluet, sibi autem hoc dolori esse, quia cognouerit ex causa quadam Drusianam sororem suam (sic enim eã appellabat) subijsse mortem. Quem humato corpore Drusianæ, postea secreto interrogauit sanctus Iohannes, vt quæ causa esset aperiret propter quam grauius mœrere se diceret. Quã vbi audiuit, amplius cœpit mœrere. Sed paululum residens, præsentibus fratribus omnibus, qui conuenerant ad eum cupientes eius alloquio releuari, cœpit dicere: Gubernator nautis & omnibus qui nauigãt & ipsi naui, cum eã in portu constituerit, ac fideli stationi cõmiserit, tunc valedicat. Agricola cum tradiderit terræ semẽ, & multo labore noualem exercuerit, diligentiam exhibuerit, dẽtulerit custodiã, tunc requiem laboris habeat cum in apothecis multiplicatam messem locauerit. Qui currit in stadio, tunc exultet cum brauium acceperit. Qui athletarum more decertare parat, tunc gaudeat, cum coronam acceperit. Omnes postremo qui diuersis artibus studẽt, & operibus incumbunt, atq; intenti sunt varijs disciplinis, in fine operis ac muneris deum laudent, quia destituti non sint, sed iustificati iuxta promissum dei, quod sanctis suis dignatus est polliceri, quod nunc conuenire arbitror, vt vnusquisq; tunc fidem suã, quam exercet, probatã sciat, cum explens vitalis muneris cursum, purum reddat quod sibi creditum est: Multa sunt enim quæ fidem facile singulorum frangunt, & quasi turbationem quandam inferunt humanæ cogitationi, sollicitudines, filij, parentes, gloria, paupertas, adulatio, iuuentus, pulchritudo, iactantia, cupiditas, diuitiæ, prælatio, negligentia, zelus, inuidia, dissimulatio, iniuria, amor, tristitia, possessio, serui, patrimonium, occasio, & alia huiusce modi impedimenta, quæ obsistere solent. Sicut gubernatori currenti cursum proprium ventus frequenter exortus occurrit, & properantem retardat, & tẽpestates excitat, & procellas de serenitate cõmouet

Philip. 3

Parabolę satȝ ad rem idoneæ

1. Cor. 9

Multa sunt, q̃ fidem frangunt a bono proposito detrahunt.

Oratio sententijs plena

Effectus finis præcogitandus est

net, agricolæ quoq; adultam ſpem, triſtior deludit euẽtus, ita & iam priuſquàm vitæ huius aliquis exitum ſubeat fidelium proſpicere debet effectum, & qualem ſit habiturus addiſcere, vtrũ nã vigilãtem ac ſobrium, & cui nihil impedimẽti poſſit afferri, an vero conturbatum & obligatum voluptatibus ſecularibus. Sicut enim nemo laudat corporis decorem niſi cũ oĩa depoſuerit indumẽta, nemo ducem, niſi eũ q̃ glorioſe vniuerſum bellum cõfecerit, nemo medicũ, niſi eũ q̃ abſoluerit ægritudines varias, ita nemo poteſt laudare vitam, niſi eius qui plenam fidei animam & templo dei dignam carnem præſtiterit ſuam, quæ nõ in ipſo curſu vana ſpecie diſſoluta corruerit, nõ obſtupefacta & hebetata mundanis ſit, non inclinata ad temporalia neq; perpetuis caduca prætulerit, & cum non manẽtibus manentia commutauerit, neq; honorauerit, quę honorificanda non ſint, neq; amauerit plena opera contumeliæ, q̃ pignus ſatanæ non acceperit, vel ea quæ non clauſerit ſerpentem intra pectus ſuum, quæ non riſerit non ridenda, vel obprobrium pro Chriſto non erubuerit, vel ea quæ id quod verum eſt ſuo loquatur ore. Eſt enim qui verbo aliquid dicit, & opere negat. Non igitur lubricam carnem præſtare, vnuſq; ſq; ſuam debet, vt vas faciat immunditiæ, ſed talem quæ non ſordida exuratur libidine, non immunditia vincatur, non auaritia ſuperetur, non cupiditate pecuniæ ſubiugetur, non ferocia dometur corporis, non ira & indignatione prodatur, non abſorbeatur triſtitia, nec diſſoluatur à filijs, non ludicris quibuſdam in hac vita eneruetur artibus, ſed eam quæ fidei ſe domini noſtri Ieſu Chriſti ſubdiderit, vt vitam recipiat æternã, quæ illum ſolum ſecuta ſit, aliaq; quę in hoc ſeculo ſunt deſpexerit. Hæc cum adhortationis gratia ſanctus Iohannes diceret vt fratrum animos prouocaret, non temporalia, ſed perpetua deſiderare, ſanabantur qui audiebant. Sed is qui Druſianam adamauerat ſuo conſumebatur incendio, quod nec mulieris potuit morte reſtingui. Nec mirum, ſi nullã accipiat de Iohannis ſermone medicinam, qui negligens audiendi, non remedium vulneri adhibere quęrebat, ſed ſcelus immane deſiderabat augere.

Exitus rerum acta probat

Timor

¶ De Druſiana ſuſcitata. Ca. V.

Deniq;

DEnicq collato ſcipitio procuratori Andronici, petijt ſibi dari copiã reſerandi tumuli, in quo Druſiana ſepulturã acceperat. Quod vbi procliue impetrauit, tentabat illicitũ nephas corpori inferre defuncto, in quod nõ repẽtino quodã motu, ſed furioſa quadam meditatiõe cõceſſit amẽtia. Nã quũ excepiſſet temerariæ petitionis effectũ, reſpondit ei: Et ſi viua noluiſti coitus mecum ſubire cõſortiũ, mortuq; tibi irrogabo iniuriã Ergo miniſteriũ adhibẽs cogitatui mꝛto ante flagitioſum procuratorẽ Druſianæ, cũ eo irruit in ſepulchrũ, & clauſa ianua cœperũt ſepulturæ inuolucris corpus exuere. Exuentes aũt dicebãt: Quid profeciſti infelix Druſiana, negando viua, ꝙd mortua ſuſtinebis? nulla certe fuiſſet iniuria, ſi tua aſpiraſſet voluntas. Ita ſermone pariter atq; opere geminabatur ſcelus. Et quũ iam ſublatis prope omnibus ex viuis ſepulturæ, ſolũq; genitalis partus ſupereſſet velamen, cõmixtionem illicitam tentat, immani iuuenis libidine furens ſubito incertus, vnde apparuit ſerpens, cuius morſu ſaucius vno, ſed magis dire furentis terrore perculſus corruit iuuenis, & veneni frigore vigor omnis eius euanuit, ſupra quẽ ſtatim ſerpens lapſum aſcendens, quieſcebat. Sequenti aũt die, qui erat tertius ex die mortis Druſianæ, quũ ſanctus Iohannes & vir mulieris Andronicus, matutinis horis ad tumulum conueniſſent vt ſancta celebrarent, claues nõ inueniebantur. Vnde Iohannes ait: Recte claues ſepulchri perierunt, quũ Druſiana in ſepulchro inter mortuos nõ eſt. Verum ingrediamur, ſponte fores aperientur. Non em̃ dubitare poſſum de domini miſericordia, quin & hoc conferat nobis, qui multa conceſſit. Quum igitur appropinquaſſet ad ſepulchrũ, ſubito præcepto Iohãnis apertæ ſunt fores, & iuxta ſepulchrũ Druſianæ vidimus ſpecioſum adoleſcentẽ arridentẽ Quẽ videns Iohãnes, cũ clamore ait: Et hic nos præuenis dñe Ieſu Chriſte? Qua cauſa igitur veniſti dñe? Et audiuit ſonovocis exprimi, propter Druſianam quam habes nũc reſuſcitare, & propter illum qui propior ſepulchro eius exanimatus iacet, qui & honorificabunt propter me deum. Et quum hæc dixiſſet bonus ad Iohannem, in cœlum videntibus Iohãne & cæteris, reuertebatur. Conuerſus autem Iohannes, quum vi-

Deteſtãda libidinis rabies

Admiranda dei cru et audita

disset duo iacentia prope sepulchrū corpora, quoꝝ vnū Calimaci erat, qui primus Ephesiorum, supra cuius corpus serpens cubabat immensus, alterū vero corpus erat Fortunati, q procurator fuerat Andronici. Intuens igitur vtriusq; corpus cogitabat secum ipse & dicebat: Quid sibi vult hæc species, & quare mihi dominus non demonstrauit, quæ hic gerebantur, qui nunquā me dedignari solet? Verum Andronicus quū seminudum corpus Drusianæ vidit, cum vno tantū velamine iacere in sepulchro, illos autem duos mortuos, ait ad Iohannem: Intelligo quod factum sit sancte & beate Iohannes. Nā iste Calimacus iuuenis adamauerat Drusianam dum viueret, & quum esset eius appetitum resutata, nihilominus tamē mulierem non desinebat incestare, verum frequenti repulsus dolore, commotus, ambijt pecunijs obligare sibi mei procuratoris affectum, vt eum obedientem faceret voluptati suæ, atq; ad vsus nephandos inclinaret. Dixerat eñ crebro, quod si & iam viuente Drusiana non potuisset concubitum eius perficere, iniuriam tamen defunctæ facere moliretur. Et fortasse Iohannes propterea bonus iste velauit eius reliquias ne pateretur iniuriam, & ideo isti morte mulctati sunt, quia immanes ausus flagitij tentauerunt. Arbitror autem ideo hanc vocem factam ad te resuscitandæ Drusianæ, quia cum mœrore atq; tristitia vitæ istius exitum clausit, dolens, quod iuuenem hūc formæ eius pepulisset culpa. Quæ igitur causa est vt quū tria videamus corpora, de duobus resuscitandis facta vox sit, de tertio autē siluerit, nisi quod reformari dominus voluit Drusianæ quod cum mœrore decesserat, vt diem suum cum tranquillitate componat? Hic quoq; iuuenis, quam causam veniæ habet, nisi quod videatur ipse tanquam vnus de errantibus esse deceptus? Tertius autem puto quod indignus beneficio domini nostri Iesu Christi existimetur. Accingere igitur Iohannes obsecro, & primo omniū Calimacū resuscitato, vt ipse nobis quæ gesta sunt, prodat. Accedens autem Iohānes & dicens serpenti: Discede ab eo, quia seruiturus est dño nostro Iesu Christo, obtinuit vt recederet. Recedente ab eo, ita pcatus est dñm: Deus cuius gloria honorat à nobis, q omnē operationē inferiorē domas, deus cuius volūtas virtute tua perfi-

Oratio dni Iohannis Euāgelistæ ad dominum Iesum

citur

citur propter gloriã tuã, exaudi nos semp, & nũc cõsumel in isto iuuene gra tua, & si qua facta sunt p illũ iuuenẽ, hęc nobis surgẽte eodẽ demonstrato. Et statim iuuenis surgẽs, integrã horã requieuit. Sed vbi ad vigorẽ sensus sui reuertit, interrogatus à Iohanne, vt causam sui aperiret, ingressus rem omnẽ explanauit, quẽadmodũ supra Andronicus intimauerat amorem sibi Drusianæ causam fuisse, vt nec à desiderio mortuæ tẽperaret. Qui interrogatus à Iohãne iterũ, vtrum nunc temeritatis suæ circa reliquias plenas veneratione & gratiæ aliquẽ habere potuisset effectum, respondit: Quomodo aliquid poteram vel addere vel facere, quum talis bestia repente irruisset, quæ Fortunatũ statim vulnere perculit, qui incentiuum addidit, huius insaniæ, quę videbatur iam posse requiescere. Mihi autem ad illud causa mortis fuit, quod cũ animi quadã dementia & infelici languore correptus detraherẽ defuncti corporis exuuias sepulturæ, easq; paulisper à tumulo discedens diligentius ac separatim ponerem, præparans me ad impium facinus, quo volebam cum defunctæ reliquijs couenire, vidi quemadmodum speciosus iuuenis corpus Drusianæ sua veste velabat, de cuius facie scintillæ ignis resiliebant in totum sepulchrum, è quibus vna in me veniens vocem dedit, Calimace, morere vt viuas. Quis homo fuerit, nescio. Sed quia te video hic dei seruum & apparuisti mihi, cognosco & illum angelum dei fuisse, & noui quia vere à te deus annũtiatur. Vnde rogo & deprecor, ne me in hac ærumna relinquas, scio enim atque reminiscor quæ gesserim, quàm indigna tentauerim. Et ipse animo memor, vtinam viscera mea referare possis, & videre interiorem mei sensus dolorem. Deniq; memor quod nequaquam à tãtis flagitijs tẽperauerim, sub huius mœroris angustia à te expeto medicinam, qui confidens dei omnipotentis es prædicator, cuius est filius verus dominus noster Iesus Christus, verbum eius, quem cupio credere, si manum porrigas, vt sim vnus ex his, qui seruiunt Christo, vt vocis eius veritas cõpleatur, qui ait, oportere me mori vt viuerem, & bonitas sponsionis eius impleretur. Mortuus enim sum insolens, sed resuscitatus sum mitis atq; mansuetus. Mortuus sum Gentilis, resuscitatus sum Christianus.

Mortuum fuisse ait diuus Iohannes.

Cognosco veritatẽ, sed peto vt plenius mihi tuis magisterijs reueletur. Recreatus igitur tanta lætitia sanctus Iohãnes, qd agã (inqt) dñe Iesu Christe, nescio. Obstupui in excessu meo tantã tuã misericordiã, & tantã tuã patientiã recognoscens. Benedicens aũt dñm, apprehendit Calimacũ, & osculatus est dicens: Bñdictus dñs deus, & filius eius Iesus Chrũs, q te miseratus est, & à furore atq; demẽtia, mortisq; specie liberauit, q illa refrigerauit incẽdia, q occasionẽ culpæ ademit, q vesana libidinis tentamẽta succidit, q iã mortuũ peccato rursum reddidit vitæ, vt in dñi nostri Iesu Christi fide, gratiaq; requiescas. Vides quanta magnitudo ad ministeriũ nostrũ, & ad salutẽ tuam venerit. Andronicus aũt vbi vidit Calimacũ resuscitatũ, maritali resolutus affectu, rogare cœpit apl'm, vt Drusianam quoq; resoluta morte reuocaret, dicens: Oportere eam resurgere, vt tristitiam exuat, & quæ iam mortua videbatur, mœrore possit absoluere, eo quod doluit occasionem formæ suæ iuuenem esse deceptum. Rogat ergo vt & ipsam resuscitaret, & quando vellet dñs, iterum aduocaret eam. Motus ita q; Iohannes petitione viri, & modestia Drusianæ, accedens ad sepulchrum & manum eius tenens, ac deprecans, ait: Drusiana surge in homine domini nostri Iesu Christi, surge in gloria eius. Quæ surgens, ascendit de tumulo. Et quum vidisset se nudam in illo tenui tantum velamine, causam quæsiuit. Vbi Apostolum cognouit, honorificauit deum, ac se induit. Deinde respiciens Fortunati corpus iacere, ait ad Iohannem: Pater, & hic resurgat, quam visfuneris mei se præbuerit proditorem. Quod vbi audiuit Calimacus, rogare cœpit, ne hominem improbum resuscitare vellet, cuius incentiuo præcipitatus, sit in furorem, ne eum & iam eius quem audierat gratia. Non teneret, eo quod de se tantum & Drusianæ resultauerit. Venerabilis illius vocis oraculum dignum (inquit) morte iudicauit, quem dignum resurrectione non prodidit. Cui Iohannes respondit: Non didicimus fili malum pro malo reddere. Nam & nos peccatores sumus, quia grauia commisimus, per dominum nostrum Iesum Christum meruimus misericordiam, qui non putauit mala pro malis esse reddenda, sed pœnitentia & conuersione sepelienda delicta.

Alium mortuũ resuscitat diuꝰ Iohannes virtute Iesu Chri

Mat. 5
Luc. 6
Rhom. 3
1. Iohã. 2

Sed

Sed si mihi non permittis, vt Fortunatus resurgat, Drusianæ hoc munus atq; opus erit. Quæ repleta spũ sancto, accedens ad corpus Fortunati, ait: Domine deus omnipotens qui concessisti, vt hæc tam miranda opera tua cernerem, qui me consortem nominis huius esse voluisti, qui deniq; contulisti mihi vt non solum teipsa cognoscerem, sed & iam maritum consortio quodam germanitatis agnoscerem, qui mortem elegisti meam, vt separata paulisper à corpore magis essem tua, q iuuenem istum obire iussisti, vt in eo culpa morere, vita repararetur, & nunc igitur domine ne despicias preces famulę tuę Iube Fortunatum resurgere, & si proditor meus esse tentauerit. Et apprehendens manum eius ait: Surge Fortunate in nomine domini Iesu Christi, & dei nostri. Qui cum surrexisset, & vidisset Drusianam resuscitata, Calimacum in dominum Iesum credidisse, ingratus salutis suæ, ait mori sibi melius fuisse, quàm resuscitari, ne videret quod & iam ad illos virtutis gratia peruenisset. Quẽ aspiciens, Iohannes ait: Hoc est quod dominus in Euangelio loquutus est: Quia arbor mala malos fructus facit. Malæ enim radicis surculus inoleuit, & ideo non potest bonus fructus, surculo degenerante, concrescere. Nihil hic communis natura deliquit, sed radicis est vitium. Eadẽ oñes arbores fœcunditate, & quasi quodam gremio parentis ac sinu fouet terra mater, ac prouehit, eiusdem aeris temperiem ager omnis vtitur. Dominus quoq; oñipotẽs pari vsu oñia imbre perfundit, eodem sole tepefacit secreta terrarum & ligna syluarum, sed diuersus est fructus variusq; prouentus arborum singularum. Alia sterilis est, alia fœcunda. Ergo in illa sterilis radix vicii causa est, quæ terrenæ vbertatis & cœlestium beneficiorũ, gratiam sentire nõ potuit. Similiter oñes homines deus noster ad imaginem suam fecit, hoc est, ad illã diuinam gratiam prouocauit, vt misericordiã, virtutem, pietatem, atq; iustitiam, & cætera, quæ in dei laudibus imitemur, supra omnes solem suum oriri iussit, omnibus dominus Christus aduenit, omnibus crucifixus est, omnibus resurrexit. Sed tantum hoc munus ac donum dei patris, qui pro nobis tradidit filium suum, & domini nostri Iesu Christi, qui se pro nostra redemptione obtulit, pauci vsq; ad finẽ vendicant, alij sa-

Pulchra ad deum Drusianæ oratio.

Fortunatus a morte resuscitatus fit ingratꝰ

Matth. 7 Lucæ. 6.

Matth. 5 Lucæ. 6. Verba sententiæ aureis oñino plena

Quare hõ ad imaginẽ dei sit creatus. Genes. 1. Matth. 5 Lucæ. 6. 1. Timo. 2 Actor. 10. Rhoma. 2 Johan. 3. Rhoma. 8

Quare nõ oẽs saluantur pro quibus passus est Christus.

stidiunt & oblitã salutem recusãt, dum nolũt credere autho rem salutis. Plerique etiam dum inuident gratiæ diuinæ, quæ operatur in nobis, se cœlesti fructu abdicãt, vt iste miser: qui inuidia deceptus, nec redditæ sibi vitæ munere gratulatur.

Matth.3.7 Lucæ.1. Matthę.13.18

Habet igitur carbones suos, habet fructum malæ arboris, quę accendat ignem & suis consumet se incẽdijs. Separetur radix huiusmodi à fidelium conuersatione, ab omni opere timentium dominum, ab omni deuotorum munere, à congregatione sanctorum, à communione sacramentorum, non habeat communionem cũ viuente Drusiana, cuius & mortem iniuria dignam putauit, & vitam inuidia ferre non potuit. Nos autem communionem, quã deferebamus mortuę, viuenti impertiamus. Gratiarum itaq; dño nostro Iesu Christo actione celebrata, domũ repetiuit Andronici & ait fratribus suggeri sibi spũ, quod Fortunatus vulneratus à serpente moriturus sit, & citò aliquẽ præcipit dirigi, qui nũtiaret fidem veri. Vnum igit ex iuuenibus destinarũt. Qui regressus vidit eum iã frigidum, & corpus eius venena serpẽtina. Sed vbi nuntiatũ est Iohãni ꝺd intra tres moriturus esset horas, ait: Habes filiũ tuũ diabole. Et illam diem cum fratribus lætus exegit.

¶De gemmis confractis. Cap. VI.

Crato philosophus

ALtera vero die Craton philosophus in foro propo suerat de contẽptu mũdi huius spectaculũ, vt duos iuuenes frẽs ditissimos produceret, quos fecerat distracto patrimonio gẽmas emere singulas, quas in conspectu oĩm populorum frãgerent pueri. Quod cũ fecissent, contigit transitum habere Apostolũ, & conuocãs ad se Cratonẽ philosophũ, ait: Stultus est iste mundi contẽptus, q hominũ ore laudat, sed condẽnat diuino iudicio. Sicut eñ vana medicina est, vbi non abscidit morbus, ita vana est doctrina, ex qua nõ curant vitia animarum & morum. Itaq; magister meus iuuenẽ cupientẽ ad vitã æternã attingere his verbis instruxit, dicens: Vt si vellet perfectus esse, venderet oñia sua, & daret pauperibus. Quo facto, thesaurum in cœlis acquireret, & vitam æternã, quæ finẽ non haberet, inueniret. Cui Craton dixit: Humanę cupiditatis fructus in medio hominũ positus cõ fractus est. Sed si verè deus est magister tuus, & vult, vt in pau

Qualis debeat esse mundi contemptus

Matth.19. Marc.10 Lucæ.18

peres

peres erogetur pretium harum duarum gemmarum, fac redintegrari gemmas istas fractas, vt quod ego feci ad famã hominũ, tu facias ad gloriã eius fieri, quem tu prędicas tuũ esse magistrũ. Tunc beatus Iohannes colligens fragmenta duarum gemmarum, posuit in conspectu omniũ, & eleuans oculos in cœlum, ait: Domine Iesu, cui nihil impossibile est, qui fractum mundum per lignum crucis tuæ in tuis fidelibus reparasti, qui nato cæco oculos quod natura negauerat, reddidisti: qui Lazarum mortuum quatriduanum de monumento resuscitasti, & multa mirabilia in cœlo & in terra fecisti, repara mõ lapides istos pretiosos, & redde integros, quos isti ignorantes ad humanum fauorem sub specie eleemosynæ faciendæ confregerũt, vt tibi vnigenito filio dei per patrem tuum ingenitũ, & æternum, & spiritum sanctum, ad laudem & gloriam & ad fidem sanctæ ecclesiæ tuæ roborandam promulgetur, qui viuis & regnas cum eodem patre in vnitate eiusdem spiritus sancti deus, per infinita secula seculorum. Et cum omnes fideles, qui erant cum Apostolo respondissent, Amen. Solidata sunt fragmẽta gemmarum ita vt nec signum aliquod fracturę in eis videretur. Tunc philosophos Craton cum ipsis iuuenibus, & cum vniuersis discipulis suis pedibus sancti Apostoli prouolutus, credidit deo, & baptizatus est in nomine domini cum omnibus q̃ illic aderãt, & cœpit publicè prædicare fidem dñi nostri Iesu Christi. Illi aũt duo frẽs iuuenes vęnundantes gemmas, quas dato patrimonio suo emerant, dabãt pretiũ earum pauperibus. Et cœpit infinita turba credentium adhærere Apostolo. Et erant ibi duo fratres honorati in Epheso, Atticus & Eugenius, qui sequentes horum iuuenum prædictorum exempla, vẽdebant omnia quæ habebant, & dabant pretia eorum quę vẽdebant pauperibus, ac sequebantur Apostolum per ciuitates euntem, & verbum dei prædicantem.

Animosa diui Iohannis ad deum oratio Matth. 19. 1. Petri. 2 Iohan. 9 Iohan. 11

Amen in fine orationum dici solet Miraculum satis grande Craton philosophus cum suis discipulis ad ad fidem conuertitur.

¶De virgis & harena. Cap. VII.

Contigit autem, vt intrãtes Pergamũ ciuitatẽ, viderent seruos suos indutos sericis vestibus procedentes, & in glia seculari refulgẽtes. Vñ factũ ẽ, vt sagitta diaboli pcussi tristes efficerent, q̃d se ĩ vno pallio viderent egẽtes, seruos autẽ suos potentissimos atq; fulgẽtes.

Sed

Sed hos dolos diaboli intelligens Apostolus, ait: Video vos animos vestros & vultus mutasse, propter hoc, quod doctrinam domini mei Iesu Christi sequuti estis, & ideo omnia quæ habere potuistis, pauperibus contuliſtis. Vnde si hæc recuperare desideratis, deferte mihi virgas rectas in singulis fascibus Quod cum fecissent, inuocato nomine domini, conuersę sunt in aurum. Tũc fecit sibi deferre lapides minutos, à littore maris. His allatis, iterum per nomen domini conuersi sunt in gẽmas. Tunc dicit eis sanctus Apostolus: Ite ad aurifices & gemmarios, & probate per eos, si aurum mũdum sit, & si gemmæ veræ sint & probabiles, & renuntiate mihi. Illi autem sicut eis fuerat præceptum fecerũt, & post septem dies reuersi ad Apostolum, dixerunt: Domine, sicut præcepisti fecimus, & probauimus per aurifices & gemmarios, aurum purum esse, & lapides pretiosos & optimos. Tunc dicit eis sanctus Iohãnes: Ite & redimite vobis terras, quas vendidistis, & emite vobis sericas vestes, vt in hoc tempore sicut rosa fulgeatis, quæ in flore viridi ruborem & odorem suauem ostendit, & statim, vt recisa fuerit, vt fœnum aliud deformiter marcessit, & in his splendere diuitęs, quia præmia cœlorum perdidistis. Estote floridi vt marcescatis, estote diuites temporaliter, vt perpetuo mendicetis. Narrauit quidem nobis dominus noster Iesus Christus de quodam diuite, qui epulabatur quotidie splendide, & fulgebat in auro & purpura, ad cuius fores iacebat Lazarus mendicus, qui cupiebat vel micas, quæ cadebant de mensa eius accipere, & nemo illi dabat. Cõtigit autem vt vna die ambo morerentur, & ille mẽdicus duceretur in requiem, quæ est in sinu Abrahæ. Ille autem diues mitteret in fornacem infernalis incendij. Vnde eleuans oculos, vidit Lazarum sedentem in sinu Abrahæ, & clamauit, dicens: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Cui respondit Abraham, & dixit: Memento fili, quia recepisti bona in vita tua, & hic Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Cum hæc omnia vsq; in finem huius sermonis diceret ad nos, dominus & magister noster, dixerũt quidam ex nr̃is ad eum. Quis inde

huc ve

Ingens plane miraculum

Matth. 6 Lucæ. 12

Lucæ. 16

huc venit, vt credamus ei? Ille aũt ait eis: Vt sermones mei virtutũ exemplis firmentur, deferte huc mortuos, quos habetis. Quũq; apportassent corã illo tres mortuos, veluti dormientes excitati sunt ab eo. Et hæc signa dabant fidẽ cunctis sermonibus eius. Sed quid ego de dño meo referã, quũ in ꝑsenti sint quos ego in noĩe eius suscitaui vobis vidẽtibus? Paralyticos in nomine eius curaui, leprosos mundaui, cæcos illuminaui, homines à dæmonibus liberaui, sicut vidistis. Sed has virtutũ opes nõ possunt habere, qui diuitias terrenas possidẽt. Deniq; vosipsi quando intrastis ad infirmos, ĩuocato noĩe domini Iesu Christi saluati sunt. Fugastis dæmonia, cæcis lumen reddidistis. Ecce ablata est à vobis hæc gratia, & facti estis miseri, qui eratis fortes & magni. Et quũ tantus timor esset in dæmonijs, vt iussu vestro obsessos homines derelinquerent, modo vos timetis dæmonia, qa amator pecuniæ, seruus est mammonæ. Mammona autẽ dæmonis nomen est, eius, qui lucris carnalibus ꝑfidet, dominat, & his, qui diligunt mundũ. Ipsi autẽ amatores mundi nõ possident diuitias, sed possidẽtur à diuitijs. Exeunt subito nudi, sola secũ peccata portantes, pro qbus pœnas passuri sunt perpetuas.

Tres mortuos simul et sẽmel resuscitauit diuus Johannes euãgelista.

Nõ possunt habere spũalia, q amãt corpalia.

Descriptio mammonæ. Dan. 5

¶De mortuo suscitato. Cap. VIII.

HAec dicente sancto aplo, ecce efferebat iuuenis à matre vidua, qui triginta dies habebat, qꝑ vxorẽ acceperat. Venientes aũt, qui exequias faciebãt simul cum matre eius vidua, iactauerũt se ad pedes eius oẽs pariter gemẽtes & flẽtes, & rogauerũt, vt in noĩe dei sui sicut Drusianã ita & hunc iuuenẽ mortuũ suscitaret. Tantus autẽ oĩm extitit fletus, vt & iã ipse sanctus aplus vix se à fletu & lachrymis tẽperaret. Tũc prosternẽs se in orationẽ diutissime, & exurgens ab oratione, expandit manus suas ad cœlũ, & tacitus diutissime orauit. Hoc quũ fecisset tertio, iussit solui inuolutũ corpus, & ait: O iuuenis Staccẽe, q amore carnis ductus cito animã amisisti, ò iuuenis, qa creatorẽ & saluatorẽ tuũ nescisti & amicũ verũ non cognouisti, & hostem pessimum ideo incurristi, pro ignorantia tua preces & lachrymas domino effudi, vt exurgas à mortuis, & his duobus, Attico & Eugenio, annunties, quantã gloriã amiserũt, & quantã pœnã incurrerũt.

Præmittit aplus pro faciendo miraculo orationem ex more.

Aliũ mortuum resuscitat Johãnes Euãge.

K Tunc

Tunc exurgens Stactéus adorauit apostolũ, & cœpit increpare discipulos suos, dicens: Vidi angelos vestros tristes, & angelos Satanæ inuestitus vestri mutatione gratulantes, & vidi vobis paratũ regnũ coruscantibus gemmis, & zetas instructas, plenas epulis, plenas delicijs, plenas lumine æterno, plenas delectationibus indeficientibus. Quæ omnia incauti amisistis, & acquisistis vobis loca tenebrarum, plena cruciatibus, & incomprehensibilibus pœnis, plena pudoribus & doloribus & angustijs, plena stridore & luctu & tremore atq; timore horrifico. Iam nihil vobis supereſt aliud, nisi vt postuletis apostolum domini, vt sicut me resuscitauit à morte ad vitam, ita vos resuscitet ab interitu ad salutem, & animas vestras, quæ iam de libro vitæ deletæ sunt, reducat ad domini gratiam. Tunc ipse, qui resuscitatus fuerat, prosternens se cum Attico & Eugenio & cum omni populo, omnes; pariter exorabant apostolũ, vt intercederet pro eis ad dñm. Quibus sanctus apostolus hoc dedit responsum, vt per triginta dies corã deo pœnitentiam agerent, & interim maxime deprecarent, vt virgæ aureæ in suam naturam redirẽt, similiter & lapides, ad vilitatẽ, qua ante fuerant, conuerterentur. Factũ est autem vt triginta dierũ spacium transiret, & neq; virgæ mutarentur in priorem naturam, neq; gemmæ in petras. Venientes autẽ Atticus & Eugenius, dixerunt apostolo: Semper misericordiam docuisti, semper indulgentiã prædicasti & ꝓcepisti, vt homo homini indulgeret, & fr homo homini non vult indulgere, nec deus homini indulgeat aut parcat. In peccatis contulimus, & quod oculis concupiscentibus in mundo deliquimus, oculis etiam flẽtibus pœnitemus. Oramus te beatissime apostole Christi, vt indulgentiã quã semper promisisti verbis, nobis modo factis ostendas. Tunc beatus Iohannes flentibus vniuersis & pro his duobus fratribus interuenientibus, dixit: Dñs deus noster his sermonib⁹ dũ de peccatoribus ageret vsus est, dicens: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Et de pœnitẽtibus dixit: Amen dico vobis, quia maius gaudiũ est in cœlis sup vno peccatore pœnitentiã agente q̃ super nonagintanouẽ iustis, qui non peccauerũt. Vnde vos volo scire, quia deus suscepit pœnitentiam eorũ. Tunc conuersus

Descriptio pœnarũ infernaliũ Mat. 22

Ab apls semp ꝓdicata est misericordia & indulgẽtia vt homo homini indulgeat. Matt. 6 Lucæ. 11.

Ezech. 18 Lucæ. 15

uersus ad Atticũ & Eugeniũ, dixit: Ite & reportate virgas ad syluã, vnde eas sumpsistis, quũ ad suã naturã sunt reuersæ: & lapides proijcite, quũ sunt sicut prius fuerunt. Quod quum fecissent, receperũt grãm dei, quã perdiderãt, ita vt & iã signa oĩa & virtutes quas prius fecerant, per eos dñs fecisset.

¶De destructione tẽpli & mortuis suscitatis. Cap. IX.

QVum aũt tota ciuitas Ephesioꝝ, imò & iã oĩs prouincia Asiæ Iohannẽ coleret & p̃dicaret, accidit, vt cultores idoloꝝ excitarẽt seditionẽ cõtra Iohannẽ. Cõprehendẽtes aũt eũ, trahebãt ad templũ Dianæ, & cogebãt eũ ibi idolis sacrificare. Tũc beatus Iohannes dixit: Cõueniemus oẽs ad ecclesiã dei nr̃i, & ibi inuocantes nomẽ deæ vestræ Dianæ, facite cadere ecclesiã Christianoꝝ, & si ita factũ fuerit, cõsentiã vobis. Et si hoc facere non potestis, ego inuocato noĩe dñi mei Iesu Chr̃i faciã cadere tẽplũ hoc, & cõminui idolũ vestrũ. Qđ quũ factũ fuerit, iustũ vobis videat, vt relicta supstitiõe huius rei, cõuertamini ad deũ veꝝ, q creauit oĩa, in cœlo & in terra. Ad hãc vocẽ conticuit ppl'us, & pauci fuerãt, q cõtradicebãt huic diffinitioni, maxĩa aũt pars populi cõsensum attribuit. Tũc iteꝝ beatus Iohãnes blãdo eloqo exhortabat ppl'm, vt à tẽplo Dianæ lõge secederẽt. Quũq; vniuersi exirẽt, clara voce corã oĩbus dixit: vt sciat oĩs hęc turba, qa hoc idolũ Dianę dæmoniũ est, corruat corã oĩbus cũ cũctis idolis suis manufactis, ita, vt nulli hoĩm læsionẽ faciat. Cõtinuo ad hãc vocẽ apl'i oĩa simul cũ tẽplo idola corruerũt, ita vt efficerent sicut puluis, quẽ ꝓijcit vẽtus terrę. Cõuersi sunt aũt eadẽ die plus q̃. 12. millia gẽtiliũ, exceptis ꝑuulis & mulierib⁹, & baptizati sunt in noĩe dñi nr̃i Iesu Chr̃i Tũc cõgregauit Aristodim⁹ exercitũ, q erat põtifex oĩm idoloꝝ, & repletus spũ nequissimo, excitauit seditionẽ in ppl'o, ita, vt ppl'us cõtra ppl'm pararet ad p̃liũ. Et quum hoc vidisset beatus Iohãnes, ait: Dic mihi Aristodime, qd faciã, vt tollã indignationẽ de aĩo tuo? Cui Aristodim⁹ dixit: Si vis vt credã deo tuo, dabo tibi venenũ bibere, Qđ quũ biberis, si nõ statim mortuus fueris, apparebit deũ tuũ veꝝ deũ esse. Cui apostolus ait: Venenũ si dederis mihi bibere, inuocato nomine domini meĩ, non poterit mihi nocere. Cui Aristodimus ait:

Miraculũ ingens.

Cõuersio multorum ad fidẽ Christianam

Melius est, vt prius videas bibẽtes & statim morientes, vt vel sic possit cor tuũ ab hoc poculo formidare. Cui beatus Iohãnes respondit: Iam tibi dixi, paratus esto credere in dñm meũ Iesum Christũ, quũ me videris post veneni poculũ sanũ. Perrexit itaq; Aristodimus ad procõsulẽ, & petijt ab eo duos viros q pro suis sceleribus erant decollandi, & statuens eos in medio foro corã omni populo in conspectu apostoli, & fecit eos venenum bibere. Qui mox vt biberũt, spm̃ exhalauerũt. Tunc ait Aristodimus: Audi me Iohãnes, & recede ab ista doctrina qua populũ reuocasti à cultura deoꝝ, aut accipe & bibe, vt ostẽdas omnipotẽtẽ esse deũ tuũ, si postea q̃ biberis, poteris incolumis permanere. Tunc beatus Iohannes iacentibus mortuis his, qui venenũ bibebant, intrepidus & cõstans accipiens calicẽ, & faciens in eo crucis signaculũ, ait: Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, cuius verbo cœli firmati sunt, cui oĩa subiecta sunt, cui oĩs creatura seruit, & oĩs potestas subdita humiliat, & metuit, & expauescit, quũ nos te in auxiliũ vocamus, cuius noĩe audito, serpẽs conquiescit, draco fugit, filet vipera, & rubeta illa, quæ dicit rana, inquieta torpescit, scorpius extinguitur, regulus vincitur, spalanguis nihil mali operatur, & oĩa venenata & adhuc ferociora, repentia & animalia noxia conteruntur, & omnes aduersæ salutis humanæ radices arescunt, tu extingue oẽs vires veneni istius, & oẽs mortiferas eius operationes euacua, & da omnibus qui assunt, q̃s tu creasti oculos vt videant, aures vt audiant, & da eis corda, vt intelligant magnitudinem tuam. Et quum hæc dixisset, signauit, armauit semetipsum totum signo sanctæ crucis, & bibit omne quod erat in calice. Et postquam bibit, dixit: Peto domine, vt omnes propter quos bibi, conuertantur ad te, & salutem quæ apud te est, te illuminante mereantur percipere. Attendentes autem populi Iohannem per tres horas vultum habere hilarem, & nulla penitus signa palloris aut trepidationis habentem, clamare cœperunt: Vnus est deus verus, quem Iohannes prædicat. Aristodimus autem nec sic credebat, sed populus obiurgabat eũ. Ille aũt conuersus ad Iohannẽ, dixit: Inest mihi adhuc dubitatio. Sed si istos, q hoc veneno mortui sunt, in nomine dei tui excitaueris, emũdabitur ab

Benedictio veneni.

Psal. 32

Iudit 9

Iohãnes Euãgelista facto signo crucis, venenum sine læsione bibit.

omni

omni dubitatione, mens mea. Populi autem insurgebant in Aristodimum, dicentes: Incendimus te, & domum tuam, si ausus fueris vltra tuis sermonibus Apostolum dei fatigare. Videns autem Iohannes acerrimam seditionem fieri petijt silentium, & coram omnibus ait: Prima est, quam de virtutibus diuinis imitari debemus patientia, per quam & iam perferre possimus incredulorum insipiētiam. Vnde si adhuc Aristodimus in infidelitate tenetur, soluere nos oportet nodos infidelitatis eius, & vel tarde faciamus eum agnoscere creatorem suum. Hæc & alia multa, dicens: vocauit ad se Aristodimum; & exuens se tunica dedit illi, ipse vero amictus pallio steterit. Cui ait Aristodimus. Quare mihi dedisti tunicam tuam? Dicit ei Iohannes: Vt vel sic confusus ab infidelitate tua discedas. Et quomodo tunica tua poterit me reuocare ab infidelitate mea? Cui respondit Apostolus: Vade, & mitte eam super corpora illorum mortuorum, & dices: Apostolus domini nostri Iesu Christi misit me ad vos, vt in eius nomine exurgatis, vt cognoscat omnis populus, quia vita & mors obediunt domino Iesu Christo. Quod cum fecisset Aristodimus & vidisset eos exurgere, adorans Iohannem, festinus perrexit ad proconsulem, & clamauit voce magna, & dixit: Audi me proconsul. Memorem te esse puto, quod contra Iohannē frequenter iram tuam excitaui, & multa mala contra eum feci, ideo timeo, vt eius iram experiar. Est enim deus sub specie latens hominis. Nam venenum bibens, non solum ipse incolumis perseuerat, verum & iam eos, qui veneno mortui fuerant, per manus meas tactu tunicæ eius suscitati viuunt, nulla in se signa mortis habentes. Dicit ei proconsul. Et quid vis vt faciam? Respondit Aristodimus: Vt veniam postulemus, & quicquid nobis iusserit faciamus. Tunc venientes simul prostrauerunt se ad pedes eius, indulgentiā postulātes. Quos ille suscipiens, orationem cum gratiarum actione obtulit deo præcepitq; eis, vnius hebdomadæ ieiunium agere, quo expleto, baptizauit eos. Qui cum baptizati essent, cum vniuersa parentela sua, & famulis suis, fregerunt omnia simulachra sua, & fabricauerunt basilicam in honore domini nostri Iesu Christi, & sancti Iohānis apostoli, in qua ipse postea assumptus e-

Patientia virtutum prima.

Mortui suscitantur per tunicam diui Iohānis virtute Iesu Christi.

Præmisso ieiunio baptizauit.

Hæc de euangelio Johānis euangelistæ de verbo ad verbū videntur deprōpta ex Eusebio lib.3.cap.24. ecclesias. historiæ quem videas

¶Constat sanè beatum Iohannem vsq; ad vltimum vitæ suæ tempus absq; vllius scripturę indicijs euangelium dei prędicasse. Sed cum trium euangeliorū, hoc est, Matthæi, Lucæ, & Marci, & iam ad ipsum notitia peruenisset, probauit quidē fidem, & veritatem dictorū. Deesse tamen vidit aliqua, & ea maximè, quę primo prędicationis suæ tēpore dominus gesserat. Vnde rogatus est à fratribus, vt ea quæ illi præterierant, ante traditionem Iohannis Baptistę gesta saluatoris conscriberet, quod & fecit. Et quia natiuitatem domini secundū carnem Matthæus vel Lucas descripserant, hęc reticuit Iohannes, & à theologia atq; ab ipa eius diuinitate sumpsit exordium, ita incipiēs: In principio erat verbum. Plenitudine nāq; gratię dei, & conuersatione syncera ipe beatissimus Iohannes charus omnibus & amabilis erat, in eadem ciuitate Epheso senescēs, pdicationē verbi signis diuinis & virtutibus cōfirmabat, ita vt & tactu vestimētorū eius languētes sanarent, cæci visum reciperēt, dæmones expelleretur leprosi mundarent.

Johānes Euāgelista cunctis fuit amabilis

Miracula facta sunt attactu vestimentorū diui Johānis euāgelistæ.

¶De vocatione sancti Apostoli Ca. X.

Dies mortis reuelat diuo Johanni Euangelistæ a Jesu Christo

CVM aūt esset annorū nonaginta & octo, apparuit ei dñs Iesus Christus cum discipulis suis, & dixit ei: Veni dilecte mi ad me, qa tps est, vt epuleris in conuiuio meo, cū fratribus tuis. Surgēs aūt Iohānes, cępit ire, & dñs dixit ei: Dñica resurrectōis meæ die, q̄ post qnq; dies futura est, venies ad me. Hęc cū dixisset dñs, cœlo receptus ē. Veniēte aūt die dñica, cōuenit vniuersa multitudo populi in ecclesiā, quæ in eius nomīe fuerat fabricata. Et ex primo gallorū cantu agēs sanctus Aplus mysteria dñi vsq; ad horā diei tertiā, & post hęc alloquutus est populū dicens: Frēs & cōserui mei, hæredes & participes regni dei, cognoscite dñm nostrū Iesum Christū & credite in eū sicut docti estis à me, & ponite semp ante oculos vestros quantas virtutes in signis & prodigijs p manus meas in cōspectu vestro fecerit recolentes semp doctrinā quā per me vobis ondit, & perseuerate in mādatis eius omni tpe, in fide, & veritate. Me etem̄ ipe dñs meus Iesus Christus iā de hoc mundo vocare ad se dignatus est. Cū hęc dixisset beatus Iohānes, oēs q aderāt, flere cœperūt. Post hæc verba iussit sibi iuxta altare foueā sepulturę parari, & terram

Oro diui Johannis Euangelistæ pientissima ad populuz Ephesinum de psentanea morte sua

rã eius foras proijcere. Et descẽdẽs in eã, expãdit manus suas ad dñm, & dixit: Inuitatus sum ad cõuiuiũ tuũ dñe, venio gratias agens, qa me dignatus es dñe Iesu Christe ad tuas epulas inuitare, sciẽs, q̃d ex toto corde meo desiderabã te videre. Vidi faciẽ tuã, & q̃si de sepulchro suscitatus sum. Quotiẽs te rogaui vt venirẽ ad te, dixisti mihi: Expecta vt ppl'm liberes creditur mihi. Hęc & alia multa dicẽs, addidit. Nũc dñe cõmendo tibi filios meos q̃s tibi ecclesia tua virgo mater ꝑ aquam & spm̃ sanctũ generauit. Suscipe me vt cũ fratribus meis sim, cũ qbus veniẽs ĩuitasti me. Aperi mihi pulsanti ianuã vitę. Princeps tenebrarꝝ nõ occurat mihi, nec veniat mihi pes supbiæ, & manus extranea nõ cõtingat me, sed tu suscipe me scd̃m verbũ tuũ, & ꝑduc me ad cõuiuiũ epularꝝ tuarꝝ, vbi epulant̃ tecũ oẽs amici tui. Tu es em̃ Chr̃us filius dei viui, q cũ patre tuo & spũ sancto viuis & regnas in secula seculorꝝ. Et cũ oẽs populi rñdissent, amen: tãta lux apparuit sup Apl'm ꝑ vnã fere horã, vt nullius eã sufferre posset aspectus. Postea vero inuẽta ẽ fouea plena nihil aliud in se hñs nisi mãna quã vsq; hodie gignit locus ip̃e, & fiũt ibi virtutes multæ ꝑ merita & or̃ones beatissimi Iohãnis Apl'i, & Enãgelistæ dñi nr̃i Iesu Chr̃i, cuius regnũ & imperium permanet in secula seculorꝝ, Amen.

Atq; vtinã sic obirẽt suo tempore om̃es ep̃i.

Amen ab om̃ibus respondet.

Miraculose, discedit hinc Iohannes Euangeiista

¶De exitu Herodis. Ca. XI

OPeræ pretiũ est, quã dignus exitus Herodis pro tãto facinore q̃d in Apl'is cõmisit, aduenerit, referamus. Cũ (inq̃t) Cæsareã descẽdisset Herodes, & in die solẽni ꝑclara veste regia indutus ꝑ tribunali sedisset, ac de sublimi cõcionaret̃ ad populũ. Cũq; ppl'us acclamaret dei voces & nõ hoĩs, statim ꝑcussit cũ angel⁹ dei, eo ꝙ nõ dederit gloriã deo. Om̃e aũt corpus eius morbus inuadẽs diuerso eũ semet corruptelę genere vẽdicabat, febris nãq; in parte lenta vexabat, ꝑ rurigo ex alia parte intolerabilis ꝑ oẽm corpis diffusa supficiẽ: colli quoq; creberrimus dolor pedes, pubeten⁹ hydropis obsederat tumor, verẽda corrupta putredine, & scatentia vermibus horrescebant, inflatione & iam tortuosi spiritus, & crebra suspiria conuulsis admodũ producta visceribus, ita vt à vatibus diceretur, non morbi corporis hæc, sed diuinæ vltionis esse supplicia. Qui cum tot morbis

Hæc quoq; testantur apostolorum acta, ca. 12. et eorũ pulchre meminit Iosephus lib. 2 et li. 17. Et post eum Eusebius lib. 1. capi 8. ecclesiast. historiẽ

& tã

& tam feralibus vrgeretur, tamen ſpem adhuc viuendi gerens, de medelis ac remedijs cogitabat. Deniq; tranſito Iordane aquis calidis, quæ apud Callitroen ſunt, vtebatur, quę & iam potantibus commode dicuntur. Viſum eſt medicis, & iã oleo calido omne corpus fouendum. Cumq; depoſitus fuiſſet huiuſcemodi fomento, ita reſolutus eſt omnibus membris, vt & iam oculi ipſius ẽ ſuis ſedibus ſoluerentur. Reportatus exin Hiericho & famulorum planctu admonitus, vbi ſalutem deſperare cœpit, militibus quidem quinquagenas dragmas diuidi iubet, ducibus vero amicis ſuis, plurimum pecunię largitus eſt. Ipſe autem furore iam plenus, & ipſi (vt ita dicam) minitans morti fertur in facinus execrabile incurriſſe. Et em̃ ex ſingulis quibusq; vicis vel caſtellis, ſi qui nobiliores & primarij erant viri ex omni Iudæa ad ſe colligens, retrudi iubet in eo loco, qui dicitur Hypodomos. Accerſit autem ſororem ſuam Salome, atq; eius virum nomine Alexandrum. Noui (inquit) Iudæos de meo interitu gauiſuros, ſed potero habere lugentes exequias honorabiles ex plangentium multitudine. Si volueritis vos meis parere præceptis, hos omnes quos in cuſtodia habere iuſſit totius Iudææ nobiles viros ſtatim vt ego ſpiritũ exhalauero interficite, in hoc ipſum militibus pręparatis, vt omnis Iudæa & omnis domus & iam in vita defleant obitum meum. Nam & cibi auiditate, & tuſſis conuulſione diſtendebatur. Cum ex doloris violentia iam vitę exitum adeſſe ſenſiſſet, malo accepto, cultrum popoſcit. (Solebat em̃ per ſemetipſum purgatum ſic pomum atq; inciſum edere.) Tum deinde circumſpectans, ne quis eſſet qui prohiberet, eleuauit in ſemetipſum dexteram, ictumq; librauit. Nam paulò antequàm nouiſſimum ſpiritum redderet tertium poſt duos quos ante necauerat filium ſuum præceptis impijs iugulat, atque vltimam lucem non abſq; maximis doloribus corporis, ita & iam ne abſq; parricidij placulis moreretur, & exeſcatus vermibus expirauit. Talis igitur Herodis extitit finis, quod digna ſupplicia pateretur, vt crudelitate, quam circa Apoſtolos Chri exercuerat & indigna vita viuẽs, digna morte moreret. Regnãte dño nro Ieſu Chro, q viuit & regnat cũ pre & ſpũ ſcto in ſecula ſeculoꝝ, Amẽ. ¶ Finis.

Callitroen legẽdum eſt quoniã græce ſcribitur καλλιγέων.

Ingẽs infamia et crudelitas Herodis.

Herodes fœdis parricida in pprijs filijs ſeipſum interfecit.

Euſebius ipe li. 1 ca. 9. poſt Joſephũ adfirmat talẽ vitę finem Herodi obtigiſſe pſcelere q in Bethlehẽ erga puulos geſſerat, et pinſidijs dñi noſtri Jeſu Chri, quẽ ille in ei⁹ diſcipulis

Prolo

PROLOGVS IN VITAM SANCTI THOMAE APOSTOLI.

EATVM Thomam cũ reliquis discipulis ad officium apostolatus electum, ipsumq; à domino Didymum (quod ĩterpretatur geminus) vocitatum, fides euangelica narrat. Thomas autem apostolus post dominicæ ascensionis gloriam, Thaddæum vnum ex septuaginta discipulis ad Abgarum regem Edissenæ ciuitatis transmisit, vt eum ab infirmitate curaret, iuxta verbum quod ei à domino scriptum est. Quod Thaddæus ambienter impleuit, ita vt veniens imposito regi crucis signaculo, ab omni eum languore sanaret. Thomas autem apostolus Christi morabatur in Hierusalem. Tũc diuina commonitione iussus est Indiam ingredi, vt scilicet, populo, qui iacebat in tenebris, lumen ostenderet veritatis. Nam legisse me memini quendam libellum, in quo iter eius vel miracula, quæ in Indya gessit, explanabantur. De quo libello, quia à quibusdam nõ recipitur, verbositate prætermissa, pauca de miraculis libuit memorare.

¶Explicit prologus.

PASSIO SANCTI THOMAE APOSTOLI.

Cap. .I.

Gitur quum sæpe à domino cõmoneretur (vt diximus) beatus Thomas vt partes citerioris Indiæ visitaret, & ille quasi Ionas à facie domini fugiens ire differret, nec impleret, quæ sibi diuinitus præcipiebantur, apparuit ei dominus in visu noctis, dicens: Ne timeas Thoma descendere in Indiam, ego enim vadã tecum, & non te derelinquam, sed

gsequuntus merito sic punitus est.

Mat. 10 Johan. 21. Thomas Hebraice, Græce Didymus, Latine gemell⁹ appellat Didym⁹ (inquã) nõ ꝙ gemino fuerit aio nũc icredulo postea credulo, verũ ꝙ gemell⁹ fuerit, veluti fuere ſm poetas Castor ⁊ Pollux, ⁊ ſm ꝟitatẽ historiã Jacob ⁊ Esau didymi .i. gemelli fuere Gene. 25 Quæ ꝟo hic dicunt de curatõe Abgari vera eẽ dicit Euse. li. 1. ca. 15. vtpote q̃ ⁊ scripta fuerit in Archiuis publicis Edissenę ciuitatis. Nec te moueat ꝙ Eusebi⁹ author grauiss m⁹ scribat li. 3. ca. 1. Thomã recepisse in diuisiõe apl'oꝝ Partos, inquiẽs Thomas (sicut nos

bis traditū est) sortitus ē Parthos, ac ide lib. 10. ca. 9 dicat, in ea diuisiōe orbis terre, q̄ ad p̄dicādū verbū dī sorte q̄ apl̄os celebrata ē, cū alias alijs puincie obuenissent, Thome Parthia, et Barthęo ethiopia, eiq; adhęrēs citerior. India Bartholomęo dī sorte decreta. Sicḡdem scias velim, vulgatas de diuisione apl̄oꝝ historias facile Indiā posuisse pro Parthia, cū inter hāc et citeriorē Indiā media, sed lōgo iteriori tractu India vlteriori iaceat, eodē Euse. authore, q̄ huic ħ pro patro non dissentit.

Nec id ceu credibili dignū mirare, qm̄ India t̄ vasta orientalis regio a Pōponio ghibetur vt ea trāq; oim tertia ps creda tur, q̄ et cū spaciū litoriq; occupet, q̄trū p. lx. dies totidēq; noctes vehficātibus cursus sit. Ipsa a meridiāo ma

glorificabo te, implebisq; certamen bonum, confessus me coram omnibus hominibus terræ illius, & exinde assumam te cū gloria, & statuam te cum fratribus tuis in regno meo. Nā scito quia oportet te ibi multa pati propter me, vt cognoscant (te docente) quia ego sum dñs. Hęc quū vidisset beatus apostolus, dixit: Quæso dñe ne dirigas illuc seruū tuū. Regio em̄ illa longinqua & grauis est, incolæ quoq; loci illius iniqui & ignorantes sunt veritatem. Erat em̄ his diebus Hierosolymis quidā negotiator Abban noīe, qui à rege Indiæ missus fuerat, vt hominē in artificio structuræ scium inquireret ad cōparādū. Huic per diem dñs specie humana apparens, ait: Quid tu hic homo de tanto terræ spacio aduenisti? Et ille: A domino (inquit) meo rege Indiæ missus sum, requirens artificem structorem, qui ei palatium possit ædificare. Cui dominus ait: Est mihi seruus talis, quē si volueris, cōparabis. Et statim adduxit negotiatorem ad hospitium Thomæ apostoli, & ostendens eū, ait: Hic est seruus meus artifex ille, de quo loquutus sum. Nūc aūt pretiū eius ipsi trade, & accipiens duc eum, vbi volueris. Quod quū negotiator fecisset, apprehensum sanctum Thomam, adduxit ad nauim suā. Et ascendentes mēse tertio in Indiam citeriorē euecti sunt. Obstupuitq; negotiator causam velocitatis, eo q̄ iter illud, quod semper in trium annoꝝ spacio explebatur, nunc in tribus mensibus est impletum.

Cap. II.

EXeuntes aūt de naui, ingressi sunt primā Indiæ ciuitatē. Et audiebāt sonos musicos, & vrbē totā lætitia magna plaudere. Interrogantesq; vnū de populo quid hoc esset, dictum est eis: Rex (inquit) noster vnicā filiā hodie copulat matrimonio, ideo gaudiū est omni ciuitati, & te (vt credo) dī exhibuerunt, vt his epulis interesses. Hæc illis colloquētibus, subito totā ciuitatē vox p̄conia replet, dicens: Audite habitatores vrbis oēs diuites, mediocresq; ac peregrini vel pauperes, accedite ad palatiū regis, vt epulemini. Gaudete & estote iocūdi. Si qs vero ab hac lætitia se subtraxerit, reū se nouerit maiestatis. Hæc quū vidisset negotiator ille, ait Thomæ apl̄o: Eamus & nos, ne culpabiles inueniamur coram rege. Tunc ingressi palatiū, iussi sunt discūbere thoro. Tho-

mas

mas aũt apl'us Chr̃i discubuit in medio. Intẽdẽtibus oĩbus in eũ & sciẽtibus q̃ peregrinus esset, aderat his nuptĩjs puella ex Hebræis cõcinens calamos. Quæ quũ audisset beatũ Thomã, orantẽ & bn̄dicentẽ deũ, intellexit de sua eẽ regione, & intendebat in eũ iugiter, nec desistebat ab admiratione vultus eius. Sed & intelligẽs Hebræã esse mulierẽ, libentissime aspiciebat ad eã. Hæc vidẽs pincerna cõuiuĩ, zelo ductus, dedit alapam sancto apl'o, dicẽs: Vt qd tu sic intẽdis in mulierẽ? At ille eleuatis in cœlũ manibus, ait: Indulgeat tibi deus in futuro iudicio fili, in hoc vero sc̃o protinus repsentet dexteræ illi, q̃ me verberauit iniuste. Erat aũt iã imminens nox, Epulantibus autẽ illis, subito defecit aqua ministerijs nuptialibus. Euntibus autem multis ad hauriendũ & tardantibus, ipse quoq; pincerna cucurrit. Et accedente eo ad fontem, affuit leo magnus, Qui apprehensum puerũ cõfregit, & in frusta discerpsit. Cuius dexteram apprehensam canis qui aderat, detulit ad domum, & portabat per conuiuia epulantiũ. Requirentibus aũt illis, quis deesset ex famulis, cognoscũt pincernã interemptum esse ad fontẽ, quẽ quũ leo deuoraret, huius dexterã à cane fuisse correptã, cõuiuio q̃ delatã. Hæc audiẽs puella Hebræa, cõfractis calamis procidit ad pedes apl'i, voce magna clamãs, & dicẽs: Vere hic est seruus dei viui, q̃ oĩa, quæ loquutus est velociter sunt ĩpleta. Quũ aũt hęc audisset rex, prostratus est ipse añ pedes eius, dicẽs: Rogo vir dei, vt depreceris deũ tuũ pro vnica filia mea, quã hodie viro tradidi, ac peto, vt eas illuc atq; benedicas puerę scilicet & puellã. Illo vero nolente, rex vi compulit apostolũ ad thalamũ vsq; procedere. Tunc beatus apostolus expãsis manibus orauit sup eos, dicens: Deprecor dn̄e, vt effundas benedictionẽ tuã super hos adolescẽtes, & inspirare digneris cordibus eorę, quæ eos agere oporteat. Tũc cõ summata oratione, egressus est ostiũ. Omnibus foras egredientibus, puer reuertebatur ad thalamũ, & ecce apparuit ei dn̄s in similitudine Thomæ apl'i, sedẽs sup lectũ eius. Puer vero timens, ait ad eũ: Nõne tu primũ egressus es domũ, & quomodo iterũ huc ingressus es? Cui ille: Non sum (inquit) ego Thomas, sed frater eius. Ipse vos mihi cõmendauit, vt vos custodiam ab omni malo, & ideo audite consiliũ meum, Relinquite

ri incipiẽs a diuq; solis occasũ, porrigit, & a septẽtrionib⁹ vsq; ad Eurmusi⁹ mir montẽ prouenit. vide Plinũ lib. 6. cap. 17

Iniuria fit dño apl'o Tho. Qui ꝛo id ab apl'o factũ negãt, oportet vt etiã negent, q̃d Dorices idoli fabricatores gladio p̃straulit Angẽs & hoiẽ dũ dicerũ miraculum.

Dñus Thomas nuptĩjs benedixit.

Pñss ma Thomæ apli oratio

omnē solicitudinē seculi,& credite deū viuū,quē ꝑdicat frater meus Thomas. Estote caste viuentes,& proijcite à vobis omnē curā huius vitæ mortalis,vt effecti ꝑ sanctitatē mentis & corporis tēplū dei,illā vitā ꝑpetuā,q̄ nullo fine claudit, acquiratis. Et hæc dicēs& bñdicēs eis,recessit à cubiculo. Mane autem facto,veniens rex visitare eos,inuenit puerum sedentem & sedentē iuxta eū nihil habere verecūdiæ, vt ordo exigit nuptialis,& ait. Quæ vos causa ita sedere facit? Cui puer ait: Gratias agimus dño nostro Iesu Chr̄o,qui nos ad suā notitiā vocare dignatus est,vt relictis tenebris,sequamur lumen veritatis eius. Sed & puellæ ait rex: Quur tu nihil verecundiæ ferens ob honorē nuptiaꝝ impudēter oculos erigis? Et illa: Hæ(inquit)nuptiæ transitoriæ sunt. Nā ego desponsata sum à rege cœloꝝ,cuius thalamus immensis monilibus splendet, cuius nuptiæ castæ sunt,ad cuius mensam epulæ nō deficiūt, in cuius domo lætitia perennis,iocunditas sempiterna,gaudia ꝑpetua ꝑseuerāt,cuius vultus est oībus in eū credentibus desiderabilis,de cuius vestimētis diuersoꝝ aromatū suauitates efflagrāt,in cuius hortis lilia perenniter nitēt,rosæ rubēt, violæ & crocei perpetua floꝝ viriditate rubescūt. Hæc ea dicente,rex scidit vestimēta sua,dicēs: Perquirite Magū illum, quē ego sponte introduxi in domū meā,vt amitterē filios meos. Ecce maleficati ab eo,Christianos se nunc dicūt. Et requirentes beatū apostolū,non inuenerūt. Iam em̄ cum negotiatore ad vlteriores Indiæ partes processerat.

Quales sint cęlestes in cœlo nuptiæ.

Cap. III.

Rex iste ad fidem Christi cōuertitur.

ADolescentes autē prædicabāt verbū dei,ita,vt omnis populus ꝑ eos cōuerteretur ad dñm. Sed & ipse rex,q erat pr̄ puellæ,compunctus corde credidit in dñm Iesum Christū. Et audiēs beatū apl̄m in vlteriore India cōmorari,abijt cū oībus,q crediderāt, & ꝑuenit ad eū,& procidēs ad pedes eius, rogauit,vt eos oēs baptismatis gr̄a cōsecraret. Hæc audiēs beatus apl̄us, gauisus est valde,& gr̄as egit deo. Trāsacto septē dieꝝ ieiunio, baptizauit eos in noīe dñi nr̄i Iesu Chr̄i. Ipse q̄q; rex rogauit sibi caput totōdi, & diaconus ordinatus est, & adhærebat incessanter apostolicæ doctrinæ.

Ieiunio ꝑmisso fit baptismus.

Cap.

CAPVT IIII.

NEgotiator vero accessit ad regem, & nuntiauit ei inuenisse se virum qualem ei præceperat. Quē rex repletus gaudio iussit adduci in conspectum suum & ait: Quod est opus tuum, vel quod artificium nosti? Seruus sum (ait Apostolus) artificis architecti, in lignis & cęmento valde cognitus sum, & in omnibus quæ iuste præcipiuntur. Cui rex ait: Talem dudum requirebam, qui hæc artificia nosset. Et egressus à ciuitate, ostendit ei locum, & ait: Si verus es artifex, in huius loci planicie mihi palacium construe, & tunc probabo, quod perfectus sis in operibus istis. Cui Apostolus ait: Opportunus est hic locus, in quo palacium ædificetur, quo in perpetuum rex debeat habitare, quia planicie extensus, aqua iocundus, & aere salubris habetur. Tunc data mensura ædificij, relicto multo pondere auri, profectus est in aliam ciuitatem deprecans Apostolum, vt velociter ædificaret domum illam. Beatus vero apostolus Thomas accepta pecunia, pergebat in circuitu ciuitatum, euangelizans verbū dei, & distribuens aurum regiū indigentibus, & sanans om̄es infirmitates populi per regionem illam. Rex autem post dies multos, misit pueros ad eum, dicēs: Ostende opera tua, & dic, quid adhuc indigeas, vt mittam tibi. Venientes autem pueri, dixerunt, quæ eius iussa fuerant à rege. Quibus ille respondit: Palacium quod fieri præcepit rex, iam ædificatum est, ad cuius tectum aliqua adhuc necessaria sunt, quæ rex transmittat. Nuntiantes autem pueri, misit rex iterato pecuniā Apostolo sancto, deprecās vt velocius cooperiretur. Deniq; post multum tempus æstimans rex opus suum esse completū, venit ad ciuitatem illam, & interrogans amicos suos, rogabat, vt ostenderent ei quod palacium esset, quod Thomas Apostolus ædificauerat. Et illi dixerunt: Nihil ędificij noui in hac vrbe operatus est, sed vadit per populos erogans aurum tuū, nouum deum patriæ, qui nunquàm auditus est, prædicat: & post hanc vitam, nescio quam, æternam promittit, asserēs homines in perpetuum viuere, qui crediderīt in nomine dei sui. Dæmonia eiecit, sanat infirmos, mortuos suscitat, & nihil mercedis accipit. Vnde manifestum est, Magum illum esse,

Conditiones bonę ꝛ salubris habitationis.

Quid diuus Thomas prędicauerit.

Quod em̄ gratis acceptum ē gratis quoque dari debet. Matth. 10.

& seductiones vanissimas exercere. Iratus autem rex, iussit eũ adduci ad se, & ait: Ostende ædificiũ, quod operatus es, alioquin morieris. Ait ille: Aedificium (inquit) quod præcepisti fieri rex, iam impletum est. Sed nunc non videbis illud, videbis autem in seculo futuro, & habitabis in eo feliciter. Igitur furore succensus rex, ait: Ad illud ẽdum nos (vt video) huc veniſti. Et statim iussit eum mitti in carcerem, cum Abbane negotiatore. Audiens hæc frater eius, quod scilicet vastata fuisset pecunia publica, & nihil appareret ex ea, indignans & damno condolens fraterno, febre accensus, conuertit caput in lectulũ, & conuocans regem, ait: Ecce dies obitus mei aduenerunt. Nunc commendans tibi domum meã, noueris me spiritum exhalare, sed rogo, vt Magum illum, cuius nequitia hæc patior, protinus iubeas decollari. Et hæc dicens: obmutuit, & iacebat clausis oculis, neq; cibum capiens, neq; vllum proferens verbum. Tertia vero die apertis oculis, vocauit fratrem suum, dicens: Spei mei certa est confidentia vt si quid te petiero, præstare non abnuas. Nunc autem rogo, vt transferas indictionem meam in palacium, quod tibi homo peregrinus ædificauit. Illo autem hæc præstare nolente, cœpit exponere puer, dicens: ductum se fuisse à duobus viris & ostensum sibi esse palacium, dicebatq; ei, quæ amplitudo esset, quæ fenestrę, qui splendor, quod tectum, dicentibus sibi viris à quibus ducebatur. Hæc est domus, quam ædificauit fratri tuo Thomas apostolus Christi, his auditis, rex ait fratri suo: Si tibi hoc ædificium placet, da ei pecuniam, vt simile cõstruat tibi. Ego autem non relinquam domum meam, quam multo labore acquisiui. Et cursu velocissimo abiens ad carcerem, dimisit de eo Apostolum dei, deprecãs, vt indulgeret iniurię, quam fuerat passus, & flagitabat signaculum sanctæ crucis accipere, & credere deo illius. Beatus Apostolus autem indicẽs eis ieiunium septem dierum prædicabat eis verbum domini. Et septima die baptizauit regem & fratrem eius in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed & populum multum cum eis baptizauit Rex autem cum fratre suo ascendens de lauacro, vidit iuuenẽ in veste alba, tenentem lampadem magnam, & dicentẽ: Pax vobis, Et statim recessit ab oculis eorum.

Grande quidẽ miraculum.

Indicitur ieiunium septẽ dierum ante baptismum.

Caput

CAPVT .V.

EXeunte autem Apostolo de ciuitate, ecce occurrit ei mulier spiritum immundum habens. Et cum vidisset Apostolum, collisit eam spiritus in terrã, & ait: Quid nobis & tibi Apostole dei sumnii? Venisti ante tẽpus extruderenos à sedibus nostris? Cui sanctus Thomas ait: In nomine Christi Iesu dñi mei impero tibi, vt exeas ab ea, nihil nocẽs corpori eius. Et statim dæmoniũ, cum egrederet, dicebat: Ecce eijcis me hodie ab hac muliere, nobiliorẽ inuẽturus sum in quã ingrediar. Et cõfestim eiecto dæmone, mulier sana facta procidit ad pedes Apostoli, signum salutis efflagitãs. Ille autem abijt ad fontem, qui erat proximus, & sanctificauit illũ, & baptizauit mulierẽ cum multis alijs. Deinde benedicto pane cõicabat omnibus, dicens: Gratia domini vobiscum.

Simile est. Marci. 1 Lucæ. 4

Aliud miraculum

Signum salutis ẽ baptism⁹.

Panis benedictus est eucharistia

CAPVT VI.

ACcipientibus autem multis de hac gratia, venit quidam adolescens. Cũq; extendisset manum, vt acciperet, & ipe benedictionẽ, attracta est dextera eius, nec poterat eam ad os ducere. Quod cum vidisset Apostolus ait: Ecce oẽs qui accipiunt ab hoc pane, sani reddunt, & tu (o iuuenis) dic, quid sceleris commisisti, vt hęc tibi eueniãt? At ille tremẽs, ait: Nudiustertius cũ prædicares, audiui te dicentẽ, quod oẽs adulteri, nõ haberẽt partẽ in regno dei tui. Regressus vero ad domũ vidi vxorẽ meã mœchari cũ alio viro, & statim apprehensam suggillaui eam. Ecce eã iacet mortua. Apostolus aũt iussit exhiberi aquam in hydria, & abluens manus adolescentis, sanauit eam, dicens: Ostende mihi vbi recumbit mortua vxor tua, & videns eam Apostolus, prostratus in oratonem, ait: Dñe Iesu Christe, qui ore benigno polliceri dignatus es, vt oẽia quæcũq; peteremus à te benigna pietate prẽstares, tu suscita hãc mortuam, vt ista viuente multi credentes resuscitent ad vitam ppetuã, & apprehensa manu mulieris, suscitauit eam. At illa videns Apostolũ, procidit ad pedes eius, gratias agens deo. Quod vidẽs populus, credidit, & baptizabant multi ab Apostolo, offerentes ei munera, quæ statim indigentibus, erogabantur.

Aliud miraculum

Hebræ. 13 1. Cor. 6

Matth. 21 Johan. 16.

Mortuum suscitat diu⁹ Apostol⁹ Thomas

CAPVT VII.

Hacsa

Multa miracula peragit dominus Thomas signo sanctæ crucis

HAC Fama procedente per ciuitates, conueniebat omnis populus exhibens infirmos, & ponens per plateas, vnde sanctus Apostolus transiturus erat. Quos cum videret, cũctis in nomine domini nostri Iesu Christi imponens signum beatæ crucis sanabat.

CAPVT VIII.

Thomas apostolus secũ habuit diaconem

AVdiens autem hæc quidam princeps Mesdæi regis venit ad eum, dicẽs: In veritate comperi te verum medicum esse, & cum languores omnium cures, nihil mercedis accipis. Et nunc sunt mihi vxor & filia, quæ cum de nuptijs venirent à dæmonio correptæ grauiter cruciant. Rogo igitur, vt accedas & benedicas eis. Confido enim, quod possis saluare illas in nomine dei tui. Beatus Apostolus condolens homini, ait: Si credideris, sanabitur filia coniunxq; tua. Cui ille: Si (inquit) non credidissem, vtique non venissem ad te. Tunc sanctus Apostolus vocauit diaconem suũ, illum qui rex fuerat ciuitatis primæ Indiç, vbi Apostolus fuit ad nuptias inuitatus, & ait ad eum: Vade, & conuoca omnes credentes in deum, & veni ad me. Qui cũ venissent, ait: Ecce ego abscedã à vobis, & vos state fortiter in fide, & custodite quæ à me didicistis. Diligite dominum nostrum Iesum Christum, per quem renati estis in baptismo. Diaconẽ vero istum relinquo vobis, vos autem non videbitis vltra faciem meam. Et extendens manus suas, benedixit eos, dicens:

Verba Thomæ Apostoli discedentis.

Oratio ad Christum pro valedictione pũltima.

Custodi (quęso) domine gregem tuum, quem per me congregare dignatus es, vt nullus retrorsum ruat, nullus post diabolum reuertatur, sed omnes tua virtute protecti, vitam æternã consequi mereantur, & tecum regnent in perpetuo, cui est cũ æterno patre, & spiritu sancto, honor, & gloria in secula seculorum. Et cum omnes respondissent, Amen. Beatus Apostolus osculans singulos & valefaciẽs, ascendit in curriculo cum principe Mesdæi regis, & ambulabat cum eo. Populus autẽ flebat valde post illum, & tristabatur de absentia eius. Igitur appropinquante Apostolo ad domum illius cum quo gradiebatur, spiritus malus conturbauit mulieres, & vexabantur vehementer. Cumq; venisset Apostolus, dicebat spiritus immũdus: Quid nos persequeris Apostole dei? Iam enim de alia

Amen respondetur Auditu satis miraculosum.

India

India nos eiecisti, nec est locus, in q̃ fugiamus à facie tua. Tũc intellexit aplus hoc esse dæmoniũ, quod eiecerat prius à muliere Indiæ secũdæ, & ait ad eũ: In noĩe dñi nostri Iesu Christi filij dei viui, quẽ p̃dico, egredimini & abite in terrã desertã, & nolite vltra vexare homines. Et statim exierunt dæmonia à mulieribus. Quæ cadentes, factæ sunt sicut mortuæ. Apprehẽsis quoq; manibus eaꝝ apostolus eleuauit eas, & benedicto pane, dedit eis cibum.

CAP. IX.

ET prædicabat beatus Thomas per totã Indiã, euangelizans dñm Iesum Christum, nec solũ sermonibus, sed & iã operibus fidẽ barbaricis pectoribus inferebat. Itaq; ille ante paulisper incredulus, q̃ dixerat, nisi videro in manibus eius figurã clauoꝝ, & mittã digitũ meũ in locũ clauoꝝ, non credã, Ipse deo pplos credẽtes cõgregabat. Et puto per prouidentiã dei ideo eũ diligẽtius de resurrectione quæsisse, & qa duris ac feris gentibus seminaturus erat verbũ dei, quin structior redderet, quod hæsitãtes fide vel ratione firmaret. Inuenit igitur in India viros pariter ac fœminas, qui dei verbũ susciperent, quia sanabat infirmos coꝝ. Audiẽs autẽ hæc signa, quæ faciebat sanctus apls, mulier q̃dã Migdonia noĩe, vxor Charisii propinqui regis Mesdei, veniebat ad eum. Quũq; præ turba accedere non posset, pueri eius cedebant populũ & repellebant eos. Quod videns aplus Thomas, prohibuit fieri, & dato spacio, accessit mulier & procidit ad pedes eius & ait: Miserere nobis aple dei viui, qa sumus sicut bestiæ quæ sensum nullũ habent. Hæc audiẽs beatus apostolus, ait: Audi filia, noli confidere in diuitijs, quæ possides, sed potius distribue omnia pauperibus, vt fugiens hanc vitã transitoriam, perpetuam adipiscaris. Relinque idola muta & surda, & cognosce viuentem deum. Et quum ei de fide vsque ad vesperum intimasset, accepto signo crucis Christi, reuersa est mulier in domũ sqam. Et ingressa cubiculum, flebat valde, deprecans dominũ, vt mereretur accipere veniam pro delictis suis, & erat tristis. Veniẽs autem vir eius, interrogauit de ea. Cui famuli dixerunt: In cubiculo commoratur domina nostra. Veniens vero vir eius, ait ad illã, Quur (inquit) tristis es, & qa

Et hoc q̃dẽ verum fieri cœpit quod Darius ait cap vlt. Illi aũt profecti p̃dicauerẽt vbiq; dño cooperãte, & sermonẽ confirmante sequẽtibus signis

Pueri, id ẽ, serui vel famuli.

conturbatur cor tuũ? Scio enĩ quia ambulasti ad hominẽ mãgũ, & audisti ab eo verba inania, quæ nihil proficiunt. Relinque ergo cogitationes vanas, vt epulemur simul. Cui illa respondit: Indulge (quæso) mihi hac nocte, quia neq; cibũ neque potũ acceptura sum, sed nec in stratu tuo quiescã. At ille recedens ab ea, epulatus est cũ amicis suis. Mane autẽ facto, venit ad eã & ait: Mygdonia audi somnium meũ, Putabam enĩ me cum rege Mesdæo discumbere, & veniens aquila rapuit ex disco, qui erat corã nobis, duas aues optimas, & abijt. Et rursum rapuit alias duas, portãs eas ad nidum suum. Rex autem emisso iaculo transfixit illam, sed nihil ei nocuit. Hæc audiẽs mulier, dixit: Optimum hoc verbum, quod vidisti. Eunte autem eo ad palatium, mulier iterum accessit ad apostolum, & inuenit eum docentem turbas, & procidens ad pedes eius, ait: Prædicationẽ tuam audiui, & omnia verba audiui, quæ aure suscepi, corde retineo impolluto. Et stans audiebat verbũ vsq; ad vesperum. Adueniente autem nocte, regressa est in domum suam, & nihil cibi accepit, neq; dormiuit cum viro suo. Charisius vir eius mane facto, condolens, quod separaretur ab vxore sua, indutus vestimenta vilia, venit ad regem. Quem videns rex, ait: Quæ causa extat, vt hæc vilitas te circumdet? At ille: Quia perdidi (inquit) vxorem meam per hominem magum, quem Sapor introduxit in regionem istã vt perdat eam. Et statim rex iussit eum vocari. Euntes autem pueri, inuenerunt eum sedentem iuxta apostolum & audientem verbum dei, & Mygdonia ad pedes eorum. Dicunt ei pueri: Ecce rex in caput tuum iratus est, & tu verbis inanibus vacas. Veni, quia vocat te rex. At ille surgens, rogauit apostolũ vt orationem funderet pro eo. Cui ille ait: Noli timere, sed spera in dominum, quia ipse erit adiutor noster, & non timebimus noceri ab vllo mortali. Et ingressus est Sapor ad regẽ. Cui rex ait: Quis est Magus ille quẽ accersisti in domũ tuam, qui conturbat regionem nostram, & populum nostrũ? Sapor respondit. Nosti enĩ optime rex afflictionẽ meã, quã habui de vxore mea & filia, quæ à dæmonio vexabantur, & ab eo sanatæ sunt. Sed & multi infirmi nunc per manus eius sanãtur, & omnia quæcunq; petierit à deo suo, præstat ei,

Magnum ad domini verbũ mulieris desiderium.

CAP. X.

TVnc Mesdæus rex iussit adduci ad se aplm sanctũ. Sed pueri quũ nõ possent ad eũ accedere præ turba nũtiauerũt regi. Charisius vero veniẽs cũ furore ait Surge malefice & veni in p̃sentiã regis, nihil em̃ valet magia tua. Et misso fune in collo eius, trahebat eũ ad regẽ, dicẽs: Veniat Chrũs & eruat te de manibus meis. Videns aũt eũ rex, ait: Quod est genus tuũ, vel q̃ patria, vel in cuius noĩe hæc signa facis? Sanctus vero Thomas rñdens: Deus meus deus tuus est, creator cœli & terræ, & oĩm q̃ in eis sunt, q coli solus debet, nõ idola surda & muta. His auditis, rex iratus valde iussit eũ extẽsum torqueri & cęsum recludi in carcerẽ. Quũq; recluderet, gr̃as agebat deo, ꝙ dignus esset talia pro noĩe eius (pati.

Gene. 1.2
Judith. 9
Actor. 17
Act. 5

CAP. XI.

CHarisius aũt reuersus ad domũ suã, dicebat. Nũc copulabit mihi vxor mea, eo ꝙ abstulerim Magũ de medio populi huius. Et veniẽs, inuenit eã detõso capite decũbere solo, & ait: O dulcissima cõiunx, quamẽte insania te cœpit, vt hæc faceres? Nunqd potentior erit me hic Magus? Me ãt oĩs India venerat, & q̃d volo hoc facio cũ rege, sed & pecunia magna est mihi. Cui illa ait: Oĩa hæc terrena sunt, & in terrã reuertent. Nã btũs erit, q se vitæ ppetuæ copulauerit. Hæc audiẽs Charisius, quieuit in lecto suo. Mygdonia aũt accipiẽs aur̃ dedit custodibus, & ingressa in carcerẽ osculabat pedes apostoli, audiens verbũ dei.

CAP. XII.

CHarisio aũt eũte ad regẽ, Mygdonia reuersa ẽ in domũ suã, & prostrata humi in cubiculo, dep̃cabat dominũ cũ lachrymis, dicẽs. Propitiare dñe insipiẽtiæ meæ, vt reuertar ad salutẽ perpetuã. Interea accessit nutrix eius ad eã, & ait: Quæ est puersitas in corde tuo, vt relicto viro, per quem magnifice honoraris, ieiunijs ac vigilijs te affligas per verba cuiusdam Magi? Cui illa ait: Non est hoc peruersitas, sed integra ratio, vt cognoscat homo authorem suum, & mereatur adipisci vitam æternam. Vtinã & tu crederes Christo, & particeps fieres agonibus nr̃is. At illa: Si (inqt) rationẽ cognouero, sequar te. Et sic Mygdonia cœpit dicere

Magna mulieris & vera prudentia.

Psal. 32
Psal. 148
Hæc vero oia euidēter ex euāgelio adstruuntur, adeo, vt nemo pius fidem illi negare possit

Dñi qs vsq; nūc colui, nihil sunt, sed est verus deus Iesus Christus, per quē facta sunt secula. Qui vt hoiem, quē prius plasmauerat, redimeret, homo factus est, mortuusq; & sepultus est, descendit ad inferna, & eripuit eos q tenebant à morte pessima. Exinde rediens, docuit nos resurgere, & sic ascēdit ad cęlos, sedetq; ad dexterā dei patris oīpotētis, tribuēs nūc credētibus in se dona cœlestia, cuius tēpora finē nō accipiūt, cuius lætitia nunq̄ perit, cuius lux nunq̄ occidit, ipse cū patre & spū sancto regnat & nūc & in cūcta secula seculoꝝ. Hæc audiens Narchia nutrix eius, credidit in dñm, & ambulantes simul ad carcerē, data pecunia introierūt & audiebāt verbū dei. Sāctus eñ aplus valde gauisus est sup fidē Mygdoniæ, q̄ p illā iā & aliæ cōuerterentur ad dñm. Quūq; baptismū flagitarēt, dixit aplus Mygdoniæ: Vade ad domū tuā & ppara q̄ sunt necessaria, & ego vadā ad baptizandū vos. Abeuntibus aūt mulieribus, beatus aplus subsequutus est, & veniens ad domum Mygdoniæ, baptizauit eā cū nutrice sua, & alios multos cū illis, & reuerso in carcerē, clausa est ianua. Charisio āt grauiter dolēte de cōuersiōe vxoris, misit rex cōiugē suā Tertiā, dicens: Vade cū filio meo Zuzane, & cōsolare cognatā tuā Mygdoniā, & reuoca illā ab hac via pessima, vt copulet viro suo. Abiens aūt ad domum eius, Tertia vxor regis, dicit ei: Et q̄d soror charissima erras post hoiem istū Magū, q̄ nouū deū patriq; nostræ p̄dicat? Recede ab ista pessima cogitatione, & esto iocūda in domo tua cū viro, cui te parentes tradiderunt, & noli relinquere deos patrios, ne irascātur tibi. Ad hæc illa respōdit: Errauī vsq; nunc, sequens idola vana, quæ sunt sine gressu, sine eloquio, & sine vllo affectu, ignorās veꝝ deū, qui fecit cœlū & terrā, & omnia quæ in eis sunt, sed & metalla, ligna, & lapides, ex q̄bus isti vel fundunt vel sculpuntur, eius verbo creata sunt, cuius & nos creatura sumus. Non est ergo æquū soror dilectissima, vt relinquentes talem artificem, creaturam potius adoremus, quæ nobis ad seruiēdum data est. Zuzanus filius regis ait: Et quis creauit hęc oīa, nisi dñi nostri? Nā Iuppiter cœlū tenet, Iuno aruā tenet & regit, Neptunus mare gubernat, Pluto inferna iudicat, Phœbus diem, Berechinta noctē illuminat. Cui Mygdonia subridens, ait: Omnes isti, quos

Psal. 145
Actor. 17
Psal. 113
Iudith. 16
Genes. 1.
Psalm. 8

Hæc irrelligiosa secundum stultā et erroneam

cōme-

commemoras fili dilectissime inferno damnati sunt, quia non cognouerunt deum viuum. Nam si recurras ad veteres fabulas, inuenies hos & luxurijs deditos, & talia mala perpetrasse, qualia hodie iudices in iniquos homines persequuntur & puniuntur. Mortui enim sunt, & non viuunt. Deus autē noster vivit in secula sempiterna, & qui crediderit in eum, transfert ab hac temporali morte, in vitam æternam. Cūq; hæc & his similia eis Mydonia diceret, compūcta corde Tertia ait filio. Recte soror nostra reliquit virum suum, & diuitias terrenas, vt vitam accipiat sempiternam. Vtinam & nos videamus hominem illum, & faciat nos cognoscere veritatem. At illa gaudens abijt ad Apostolum, & narrauit ei omnia, quæ facta fuerant. Ille verò gaudens, p̄dicabat eis verbum dei, & posita manu benedixit eos, & præcepit eis, vt abscederent. Sed nō abijt vltra Tertia ad virum suum, nec filius eius renuntiauit patri de his, quæ præceperat.

gentilium opinionem. quam z poetæ æthnici vbiq; sequuti sunt.

Iohan. 5
Iohan. 11

CAPVT XIII.

CVmq; hæc omnia nuntiata fuissent Mesdæo regi, scilicet & d vxor eius & filius conuersi essent ad Apostolum dei, iratus valde, præcepit adduci vxorem suam & filium. Quibus cum persuadere non posset vt recederent ab hac via, iussit Tertiam in obscuro loco recludi, filium autem suum cum beato Apostolo in carcerem collocari. Sed & Charisius vxorem suam cum nutrice Marchia similiter reclusit in cellula tenebrosa. Et statim rex iussit mitti ad Apostolum Thomam, & manibus à tergo ligatis adduci ante se, & dixit ei: Quis est iste deus tuus, qui coniuges nostras per te à nobis separat? Dicit ei Thomas: Tu cum sis rex, nunquid vis habere inquinata seruitia? Si ergo tu homo cum sis mundos seruos habere studes, atq; mundas ancillas, quātomagis credere debes amare deum castissima & mundissima seruitia? Si ergo hoc in seruis tuis & in ancillis tuis diligis vt quid culpor? Dicit ei Mesdeus rex: Ego permisi Tertiam vxorem meam vt cognatam suam Mygdoniam, de præcipitio liberaret, & ipsam tu in præcipicium misisti. Respondit sanctus Apostolus. Præcipicium non est, nisi recedere à castitate, & ire in libidinem. Nam qui à libidine se tollit, & ad castitatē accedit,

Dei seruitia debere esse munda et casta.

hic à præcipitio remeat ad salutem, & egreditur de tenebris ad lumen. Dicit ei Mesdæus rex: Quomodo separasti animos earum his verbis, & artibus magicis à consortio coniugij, sic age consilio tuo, & suasione tua, vt redeant, & sint coniuges nostræ sicut antea fuerunt. Dicit ei Apostolus: Errat iussio regis. Dicit ei rex: In quo errat iussio mea? Apostolus respõdit: Fabricaui turrim excelsam, & dicis mihi, vt ego, q̃ fabricator eius, ipse eam destruã? Fodi terrã profundã & eduxi fontẽ de abysso, & dicis mihi, vt ego illũ obruã? Ego magis dicam illis verba dñi mei, quia q̃ diligit patrẽ aut matrẽ plus q̃ me, nõ est me dignus. Tu enim rex temporalis es, & si voluntas tua non fiat, temporaliter punis. Deus aũt rex æternus est, & si voluntas eius contẽpta fuerit æternaliter punit. Et q̃dem tu rex postea q̃ occideris corpus, animã occidere nõ potes, deus aũt vere rex potest & animã & corpus mittere in ignem æternum.

Matth.16 Marci.4 Lucæ.8.

Matth.10 Lucæ.12

CAPVT XIIII.

Ingens sane miraculum.

TVnc Charisius dicit ad regẽ: Hunc Magũ si tardius occideris, nosipos in præcipitiũ mittit. Tũc iratus rex, iussit lanceas ferreas igniri, & pcepit excalciare Apl'm, vt nudis pedibus supstans hoc dolore deficeret. Statimq̃ prorupit aqua, & extinctæ sunt lanceæ. Et ait ad illum Apostolus: Hoc non propter me fecit dominus, sed propter te, vt vel sic credas. Mihi autem dominus patientiã hanc dare potest, vt sine aqua ignem tuum non timeam.

CAPVT XV.

Aliud miraculum

DIcit regi Charisius: Iube eum in fornacẽ thermarũ mitti. Quod cum fieri iussisset rex, thermæ vltra calere minimè potuerũt, sed nec paruũ quidẽ teporẽ habebãt. Apostus aũt dñi altera die est egressus incolumis. Tunc Charisius dicit regi: Faci illũ sacrificare deo soli, & iram incurrit dei sui, qui illũ liberat ab his, quæ inferunt ei. Cũq̃ vrgeret, vt in tẽplo simulachro solis sacrificiũ inferret, ridẽs in faci ẽregis dixit. Dic mihi rex: Quis est melior inter te & imaginẽ tuã? Non dubito q̃d prestãtior tu sis quã pictura tua. Et qũo vos dimittitis deũ vestrũ, & picturã eius excolitis? Erat aũt statua solis facta ex auro, quasi cursu rapido ageret ad cœlos. Et dũ cõpelleret, vt adoraret eũ, dixit ad regẽ:

Tu te putas rex q̃d sicut dixit Charisius, deus meus mihi irasci tur, cũ ego deũ tuũ adorauero. Hoc magis te nosse q̃d deo tuo irascit, & euertet eũ mox, vt eum adorauero. Dicit ei rex: Inui ctissimũ solẽ deus tuus quẽ Iudæi occiderũt euertere pt? Ait ei Aplus: Vis ergo, pbare si hoc pt fieri? dicit ei Charisi⁹: Excu satões sibi inuenit, vt nõ adoret solẽ, neq; sacrificet ei. Dicit ei Aplus: Primo ergo adoro eũ, & si eũ nõ euerterit deus meus, sacrificabo ei. Dicit ei rex, & Charisius amic⁹ regis. Ita fiat. Et introduxerũt eũ in tẽplũ, ducẽtes choros, eo ritu quo solebãt. Erãt aũt virgines cũ lyris cantãtes, alij cũ tibijs, alij cũ tympa nis, alij cũ vitulis atq; thuribulis. Et cum introissent, ait Aplus ad simulachrũ: Tibi loquor dæmon, q̃ in isto simulachro habi tas, & das responsa deceptis & stultis hoĩbus, q̃ simulachrũ vi dẽt, & te nõ vidẽt. Adiuro te in nomine dñi nr̃i Iesu Christi, quẽ Iudæi crucifixerũt, vt exeas & stes ante me, vt videã te, & quod imperauero tibi, hoc facias. Egressus dæmon stetit ante eum, ita vt solus Aplus videret eũ, & dixit ei: Ego cor de colo dñm meũ Iesum Chr̃m, mox vt imposuero genua mea in ter ra, & dixero tibi, vt cõfringas Idolũ. rogabo dñm meũ Iesum Chr̃m, vt mittat angelũ suũ, q̃ te religet, & dãnet in abyssum. Dicit ei dæmon: Rogo te Aple dei, ne me mittas in abyssum, & religes, sed pmitte me, & oẽs istos interficiã. Dicit ei Aplus: mpero tibi in noĩe dñi Iesu Chr̃i, nõ noceat vllus hoĩm, nisi Ioc solũ simulachrũ. Mox vt genua flexero, minuter. Loquebat aũt Aplus cũ dæmonio sermone hebraico, & nullus scie bat, q̃d vel cui loqueret. Conuersus aũt ad regẽ, dixit: Cogi ba tecũ rex. Tu inuictissimũ dicis deũ solẽ, & meũ deũ dicis hõ tminẽ à Iudæis occisum, ac p hoc si fortior fuerit deus tuus, & non cum inuocatõe nominis dei mei confregerit ipe dæmon, qui in eo latitat, ego non solum adorabo eum, sed iam sacri ficabo ei. Si vero minutatum fuerit ad lentatus hic inuictus tu us par est vt relinquas errorem, & teneas veritatem. Dicit ei rex: Adhuc ausus es mihi ex pari confabulare? Modo faciam tundi arteria tua, si non adoraueris, & sacrificaueris ei. Dicit ei apostolus: Ecce adoro, sed nõ Idolum, ecce adoro, sed non metallũ, ecce adoro, non simulachrum. Adoro aũt dñm meũ Iesum Chr̃m, in cui noĩe ipero tibi dæmoni q̃ hic in ipo lates vt nullũ

Adiuratio dæmonis ab aplo Thoma.

vt nullũ hominẽ lædens metallum simulachri comminuãs. Statimq; quasi cera iuxta ignem posita, talefactũ idolum resolutum est. Tunc omnes sacerdotes mugitũ leuauerunt & rex fugit cum Charisio. Pontifices autem cedebant Apostolum, & facta est seditio magna in populo. Sed maior pars populi cum Apostolo erat.

CAPVT XVI.

QVO motus Mesdæus rex Indiæ Apostolum Thomam & filium suum Zuzanen & plures alios trusit in carcerem: Non desinebat tamen & iam in carcere Apostolus confirmare credentes, dicẽs: Credite in deum, quem prædico, credite in Iesum, quem euangelizo, qui adiutor est seruulorũ suorũ, refector est laborantium in quo exultat anima mea, q̃a tempus impleui, & gestio ipm, quem desideraui videre. Cuius pulchritudo prouocat me, vt dicam qui sit, sed magnitudo eius sensum superat, intellectũ supergredit, vt id quod cupio de eo dicere, comprehendere, & explicare non possim. Sed tu dñe, qui animam inopem replere consueuisti, imple quæ mihi desunt & esto mecum, donec ipe ad te veniã, & te videã. Hæc vbi audiuit Zuzanes, aduertens quod Thomas diceret tempus impletum suum, & de hoc recessurus seculo videret, cupiens ab eo priusquã migraret à corpore, Manasarq; vxori suæ impetrare medicinã. Erat enim debilis mulier soluta membris, petiuit vt permitteret ei ire, & persuaso custode aperire fores carceris, vt pariter cum Apostolo domũ pergerent atq; vxorem suam videret, simul vt diaconatus ei ministerium crederet, & benedictionem acciperet leuiticã, quomodo se quoq; deo seruire velle memorauit, & iamdudum se hoc animo deuouisse, sed à patre coactũ, vt vxorem duceret, quam accepit vigesimũ vnum annũ agẽs triennio autem potitus, tamen filiũ de ea non susceperit, nec aliã mulierem præter vxorem nouerit. Iamdudũ præterea à concubitu vxoris abstinebat, eo quod & illa studebat castitatem, & optaret audire sermonem à beato Apostolo Thoma, sed propter debilitatem adesse non posset, quam si vellet Apostolus sanare se impetraturæ, vt exeundi facultatem haberet. Cui respondit Apostolus: Si credas, videbis mirabilia dei, &

Simile dixit Paul⁹ ad Philippenses cap. 2 desiderĩ habens dissolui, et esse cũ Christo

que

quẽadmodũ ſeruulũ propriũ curet. Dũ hæc loquunt, Tertia noie, quæ fuit vxor regis, & Mygdonia vxor Charifii, qui & ipſe amicus erat regis, & Narchia, trecentis ſexaginta argenteis datis, à cuſtode introductæ ſunt ad populũ, atq; illic reperierunt Sinforatũ miliciæ regis ducẽ, & Zuzanẽ, & Sinforam vxorẽ & filiã eius & alios, verbis apoſtolicis intentos. Ipſi q̃q; tres aſtiterunt ante cõſpectũ Thomæ. De qbus petiuit, quo permittente ingreſſæ ſint, vel quis eis aperuiſſet, vt egrederẽtur de loco in quo clauſæ fuerant. Cui reſpondit Tertia: Nõne tu es, qui aperuiſti ianuã, & dixiſti, exite & ite in carcerem, vt ſuſcipiamus eos fratres, qui illic ſunt, & dñs demonſtrabit vobis gloriã ſuam? Quũ autem appropinquaremus ad ianuã, ſubito non apparuiſti nobis. Sed tamen huc ingreſſum, de ſonitu ianuæ cognouimus. Mercede aũt cuſtodẽ infleximus vt ad te ingrederemur, ſi forte impetrare poſſimus, quod impendi petimus, vt pauliſper aliquo cõcedas, q̃ regis poſſit iracundia mitigari. Tũc interrogauit Thomas apl̃us Tertiã, quẽadmodũ à viro ſuo eſſet incluſa, vel qd cauſæ obortũ eſſet, aut q̃ motu nec propriæ pepercíſſet vxori. Cui rñdit Tertia: Tu à me q̃ris quẽadmodũ clauſa ſim, quũ me nunq̃ deſerueris, ſed nec vna hora. Poteris ergo neſcire quẽadmoũ clauſa ſim? Sed ſi vis audire, accipe. Miſit ad me Medeus rex, & iuſſit me itroduci ad ſe, & ait mihi. Nõdũ plenã circa te Magus ille adeptus eſt poteſtatẽ. Nã q̃d in oleo & aqua & pane magia cõſumat, audiui. Ergo cũ magicis ſuis opibus cõuenire nõ potuit, nihil horũ circa te fecit. Obtẽpera igit̃ p̃ceptis meis, alioqui & ipſa clauderis. Itaq; nõ acquieſcente, ſed dicẽte me vt q̃d velit faceret. Poteſtatẽ em̃ haberet corporis mei, animã aũt meã cũ eo perire nõ paterer, in obſcuro loco me claudi iuſſit. Charifio q̃q; accuſante vxorẽ ſuã Mygdoniã, cũ eius nutrice Narchia iuſſit includi, ſed tu nos (inq̃t) produxiſti vt ad te veniremus, & ideo p̃ſtò ſumus, vt à te bñdictiõis grãm cõſequamur. Agnouit apl̃us bñficia eius, q̃ ſe plerũq; hũana ſpecie figuraret, vt cõſolaret mœrẽtes, & afflictorũ ærumnas releuaret. Et ideo ipſe grãs agere cœpit dño Ieſu, eo q̃ cõfirmauerit infirmos, nutãtes ſtabiliret, ſperare faceret diffidẽtes. In hac ſermonis vice venerũt cuſtodes, dicentes, vt lucernas extingue-

rent, ne quis eos simul esse, ac pariter colloqui proderit regi. Extinctis igit lucernis, collocauerũt se custodes. Sed Thomas apl'us, postq̃ oẽs circũfusos tenebris aspexit, lumen petere à dño cœpit, dicens: Illumina nos dñe, quia filij tenebrarũ in tenebris nos sedere fecerunt, sed tu lumine sancto tuo illumina seruos tuos, eo lumine, quod nullus eripiat, nullus extinguat. Et statim refulsit dies omnes illius loci custodes. Quiescebãt cæteri, quos ob alias causas receperant clausa carceris, vigilabant dei seruuli, non em̃ dormire poterant quos Christus excitabat, nec patitur eos somno dimergi, qui dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit tibi Chrũs. Quũ igitur inter se nonnulla sermone vario contulissent, Thomas ad Zuzanem ait: Vade præpara nobis omnia, quæ in ministerio paranda sunt. Interrogante autem Zuzane, quomodo deberet exire fores carceris, aut quis aperiret quum essent omnia clausa, & custodes somno dissoluti, respondit Thomas: Crede Christo, & vade & inuenies apertas ianuas. Sequuti sunt igitur eũ cæteri, & quũ iam mediũ spaciũ itineris confecissent, occurrit ei vxor eius Manazara quũ iret ad carcerẽ & recognoscẽs virũ, ait: Zuzane vir. Qui quũ cognouisset eã, cœpit quærere, quonã iret (p̃sertim noctis tẽpore) aut quomodo potuisset exurgere, q minime ante surgebat. Quæ respondit: Puer iste dñi imponens mihi manũ, sanam me fecit. Somno aũt monita sum, vt ad peregrinũ istũ venirem, qui tenetur in carcere. Ego igitur festino, vt iuxta somnij visionem plenam possim accipere sanitatẽ. Interrogauit Zuzanis quis ille puer esset, qui esset cum ea. Respondit ipsa: Non vides eũ in dextera manu tenentem me, & sustinentem. Interuenit loquentibus eis Thomas, sed & iam Sinfurus dux militiæ, & vxor eius & filia, & Tertia, & Mygdonia, & Narchia, q ad Zuzanis domũ pariter cõmeabãt. Quũ aũt vidisset apostolũ Manasara, adorauit eũ, dicens: Venisti medicus qui me sanas ab egritudine, te em̃ hac nocte vidi, ac tradentem mihi puerum istum, vt me ad te perduceret in carcerem, & quum expectare venientem deberes, præstanti mihi bonitate, ipse me diutius laborare non passus es, sed veniebas ad me. Et simul hoc dicens, conuersa puerum quærebat, qui se oculis repente subtraxit,

Illuminari cupiunt æterno lumine.

Ephe. 5

Dictu & auditu valde miranda.

traxit, nec erat videri facilis, qui ante videbatur. Anxia igitur sustentatore amisso, cœpit dicere: Non possum ambulare, non apparet puer, quem tradidisti mihi. Cui respõdit apostolus: Iam tecũ Christus ambulauit, ipse erit tibi viator & præuius. Itaq; currens mulier, præibat cęteros repẽte domũ. Quo postea q̃ ab aplo & cæteris ventũ est, subito multo lumine resplenduit domus, & Thomas cœpit orare & dicere: Tu domine, qui es adiutor infirmoꝝ, spes & confidentia inopum, refugium & requies laborantiũ, lugentiũ consolatio, fluctuantium portus, resurrectio mortuoꝝ, redemptio peccatoꝝ, qui propter nos subisti corporis passionẽ, tu domicilia mortis & ipsa inferni claustra penetrasti, vt nos à mortis vestigijs redimeremur, te principes mortis sæui veniſſe mirati sunt, nõ potuerunt tenere remeantẽ, imò & iam exutos se vetustate possessionis, cũ trophæo te reuertente gemuerunt. Honorificamus te dñe Iesu de paterna illa & perfecta veniſſe substantia, vt viscera tuæ misericordiæ videremus in nobis, seruoꝝ tuorũ minister, possessionis tuæ locupletatoꝝ pauper, sed nõ indigẽs, diues, sed nõ fastidiẽs pauperẽ, qui ieiunasti quadraginta diebus, vt perpetuæ benedictionis repleres alimonia animas esurientiũ. Tu esto cũ seruis tuis Zuzane & Manasara & Tertia, vt in tuũ gregẽ eos digneris inducere, & annumerare sanctis tuis, & in hac erroris regione iuuare eos, vt errare non possint. Tu ergo medicus in hac possessione languẽtibus esto requies in laboribus, firmamentum in lubricis, esto adiutor corporum, vita animarum, & sint templa misericordiæ tuæ, & spiritus sanctus inhabitet in eis. Completa autem benedictione, sumpsit sacramentum, & gratias egit deo, dicens: Sit nobis hoc sacramentũ tuũ dñe Iesu ad vitã, sit ad remissionem peccatoꝝ. Pro nobis enĩ passio celebrata est, tu pro nobis fel illud bibisti, vt oĩs in nobis aduersarij amaritudo moreretur, pro nobis bibisti acetũ, vt nra lassitudo cõfortaret, pro nobis cõsputatus es, vt ĩmortali nos errore pfunderes, pcussus es calamo fragili, vt fragilitatem nostram vitæ perpetuæ, æternitatiq; firmares, coronatus es spinis, vt virenti semper in te credentes, charitatis tuæ laurea coronares, inuolutus in sindone, vt nos quodammodo virtutis tuæ inuolucro

Oratio diui Thomæ ad dũm Iesum mysterijs nostræ redẽptionis lõge plenissima.
Act. 2.10
Psal. 15

Mat. 4
Mar. 3
Luc. 4

1. Cor. 3. 6
2. Cor. 6

Per sacrũ intellige sacrã eucharistiam.
Psal. 68
Mat. 27
Mar. 15
Luc. 23
Johan. 16

vestires, in sepulchro es positus nouo, vt nobis nouā grām, noua secula reformares. Hæc vbi prosequutus est, Eucharistiam diuisit his, q̄s supra memorauimus, & ait: Fiat nobis hæc Eucharistia ad vitā æternā, & ad viscera miscdiæ & grām salutis, sanitatēq; aīaꝝ nr̄aꝝ. Rn̄dētibus aūt illis, Amē, audita est vox, dicēs: Etiā Amē. Quā vbi audierūt vocē, statim supra faciem suā ceciderūt. Et iteꝝ vox sonuit, dicēs: Nolite timere, sed tātūmodo credite. Vn̄ redire cœperūt Thomas ad custodiæ suę claustrū, sed & iā Tertia & Mygdonia & Narchia vt ipsæ iteꝝ clauderent. Quib⁹ anteq̄ egrederet, loquutus ē apl's, dicēs: Accipite sermonē meū vltimū, nō em̄ ero diutius in hac carne, accersor em̄ ad dn̄m Iesum Christū, ad illū q me redemit, ad illū, q se vsq; ad vltimū humiliauit, vt ab vltimo om̄es eleuaret, in quē sperare didici, de q̄ meliora p̄sumerē. Si em̄ ad sacri officij munus me indignū vocauit, q̄to magis si in veritate seruiui, possum sperare mercedē? Bonus em̄ & iustus est dominus. Nouit mercedem soluere pro meritis singuloꝝ, diues muneꝝ, largus gr̄aꝝ. Haudquaq̄ parcus beneficioꝝ, qui in me quoq; infirmū supra meritū meū multa cōferre dignatus est, cuius miracula eō prouocare vos debēt, vt laudetis authorē. Neq; em̄ ego mea virtute hæc faciebā, sed in noīe dn̄i Iesu Christi impetrabā, nō imperabā. Nō em̄ Chrūs, sed seruulus sum Chr̄i, nec ego arbiter, sed minister. Et ideo peracto cursu admoneo hoc. Ergo cauete, ne quū videritis datā in me esse homini potestatē, supplicijsq; me deditū, fides vestra minuat. Ego em̄ voluntatē dn̄i mei impleo, & æquū est me velle quod dn̄s iubet. Nā si pro nobis ille mortē suscepit, q̄to magis nos erga dn̄i volūtatē corporis huius mortē timere nō debemus, quū præsertim mors ista non sit interitus, sed solutio corporis. Ideoq; non rogo, vt mortē differā. Creditis em̄ ꝙ possum differri si velim, sed rogo magis, vt citius absoluar & proficiscens videā illū decorē, & misericordiā, qui pro ope & labore, q̄bus desudaui p̄miū rep̄sentabit. Hæc quū dixisset, receperūt se omnes ad tenebrosam domū. Dixit aūt Thomas: Domine Iesu Christe, qui pro nobis plurima pertulisti, claudant ianuę istæ sicut clausæ fuerant, & signacula hisdem foribus reformentur. Relictis igitur illis, perrexit, vt includeretur.

Amen rn̄detur

Thomas apl's finis suæ vitæ certus fuit.

2. Tim. 4 Matt. 16

Chr̄i miracula debere nos prouocare ad laudem dei.

Vide q̄ distat apl's a pseudo-apl's, q̄bus nunc oia abundant.

Apl's humilitate plenus est, hi vero supbia et præsumptione tumescunt.

Definitio mortis corporalis.

Fœmi

Fœminæ aũt non poterant à lachrymis temperare, quia sciebant q̃d Mesdæus rex non abstinuerat ab eius nece. Cum veniſſet aũt Aplus, & inueniſſet cuſtodes inter ſe concertãtes & dicentes: quẽadmodũ incidimus in iſtũ Magũ, ecce aperuit ianuas artibus magicis, & oẽs voluit hos fugare, qui clauſi ſunt, videte ne magicis iſtis carminibus elabatur, & cæteri cũ eo, renuntiemus (inquit) regi ſimul de vxore eius ac filio. Audiebat hæc Thomas, & quieſcebat. Illi aũt abierunt mane primo ad regem petentes, vt tolleret Magus ille, & alibi recluderet, eo quòd clauſum omne magica poteſtate reſeraret, ſecundo, apertas eſſe ianuas carceris, id́q; ſuggerentibus manifeſtum ſibi introiſſe, & iam regis vxorem cum aliis, quę non recederẽt ab eo. Quibus auditis, rex ſtatim ſignacula quæ impoſuerat ianuis, requiſiuit, & eodem reperit modo, quo fuerant añ. Vnde cõmotus ad cuſtodes ait: fallere eos, q̃ introiſſe in carcaerem, Tertiã & Mygdoniã exiſſe dicerent, cũ ſignacula remota nõ eſſent. At illi ſe vera intimaſſe ſignificabant.

CAPVT XVII.

MEſdæus aũt cum ſediſſet in ſecretario, ſiſti Apoſtolum iuſſit. Quem cum exhibuiſſent, interrogauit, vtrũ ſeruus eſſet, an liber. Cui reſpondit Thomas: Seruus ſum vnius & ſolius, ſupra quem nõ habes poteſtatẽ. Quæſiuit Meſdæus in die illa, qua ratione veniſſet, ſed audiuit, quia venit Apoſtolus, vt plures ſaluaret, & hoc ei debitum erat, vt per manus Meſdæi hunc mundũ relinqueret. Interrogauit aũt q̃s eſſet dñs eius, & q̃d illi nomẽ, & cuius regionis? Reſpondit Thomas: Meus dñs eſt deus tuus, & dñs cœli & terræ. Huius nomen audire non potes, ſed quod datũ eſt nomen eiín hoc ſeculo, eſt Ieſus Chriſtus. Minãte etiã rege q̃d ei non parceret, cũ maleficiũ eius aboleret, vt oñis Indiæ regio mundaret. Rñdit Thomas: Hæc maleficia mecum abibunt, ſed hoc cognoſce: quia nec hic deerunt. Cogitabat igit rex quẽadmodũ Thomã occideret. Verebat enim populũ, quia plurimi etiã de eminentioribus viris eius opa mirabant, & credebãt in dñm Ieſum. Cum iſo igit de ciuitate egredi cœpit armatus. Populus autem putabat, quod ideo egrederetur vrbem, vt Thomas ei aliqua ſuoꝝ operꝝ demonſtraret. Intẽ-

Magnifica diui Thomę reſponſio, et oñi differta fortitudine

Iudith. 6

Matth. 4. Lucæ. 12

Thomas populo chariſſimus fuit

Thomas apostolus tanquã malefactor mi sere ducitur ad martyrium.

debant igit in eũ, quia putabant quod aliquid ab eo rex vellet discere, & ille regẽ docere. Sed egressus rex mediã ferè partẽ miliarij, tradidit eũ q̃tuor militibus, & vni prẽstãtiori viro, vt ducẽtes eũ in montẽ, ibi cum gladio pcuterẽt. Conuertit igit rex vestigiũ, vbi hoc militibus imperauit, plebs autẽ sequebat Thomã, eripere eũ volens. Cuius ad dexterã erãt duo milites & ad sinistrã duo qui præferebãt hastas, ille aũt eminẽtior, tenens manũ eius pariter incedebat. Dicebat aũt Apl'us magna & diuina mysteria in ipso exitu sibi reuelari. Siquidem à quatuor militibus ducebat, qui ex quatuor essent elemẽtis, ea habere principia generatõis suæ, dñm autẽ Iesum ab vno esse pcussum, quia vnũ patrẽ sciret generatorẽ suum. Qui vbi venit ad locũ, cohortatus cæteros, vt fidẽ seruarẽt dño Iesu, pietatemq; exhiberent. Dixit Zozani vt precio custodibus dato, orãdi tempus impetraret. Cui data copia, cœpit orare grãs agens, quod & in hoc seculo gubernatus esset à Christo, & ab eodẽ vocaret, illum in periculis præsulem, illum in mœrore consolatorẽ, illum in laboribus adiutorẽ, illum præuium sibi huius fuisse itineris quod in hoc seculo cucurrisset. Tu (inqt) dñe annuntiasti mihi, me tuũ esse propter quod nec vxorẽ accepi, vt tibi totus vacarẽ ne templi tui grãm coniugalis copulæ vsus minueret, aut consuetudo decerperet diuitiasq; quoq; secularium, cupidum animũ, cœlesti prouisione, ac monitione reuocasti, docens in pecuniis dispendia nostra esse non cõmoda. Et ideo compulisti, vt in hoc seculo paupertate contentus indeficientem spiritalium diuitiarũ quærerem veritatẽ & thesauros in Christo absconditos vestigarem, tuisq; contentus copijs, alias non desiderarem. Factus sum pauper indigens, peregrinus, ac seruus, in vinculis, in ieiunijs, in fame ac siti, in laboribus, in periculis, vt confidentia non periret, spes non confunderetur. Respice in me dñe, quia pecuniã tuã non abscondi, sed supra mensam posui, & nummularijs diuisi. Ad mensam tuã vocatus veni, nec hoc reuisendi necessitate excusaui, nec iuga boum aut vxoris ducendæ necessitatem conuiuio tuo p̃tuli. Ad nuptias vocatus sum, & alba veste sum indutus, & expectans dominũ à nuptijs reuertentẽ oleũ non sum oblitus, tota nocte domũ meam custodiui, à latronibus expolia-

Vltima diui Thomę ad deum oratio pietate plena.

Quare Thomas Apostol' vxorem non duxerit, nimirum vt liberius deo vacaret iuxta Paulum. 1. Cor. 7

Quare Christus sinit suos pati tribulationes. Rhoma 5.

Matth. 25

Matth. 22. Luc. 14 Matth. 25

poliatus non sum, calciamenta pedibus circũdedi, ne diffũderent vestigia, obseruaui primã & secundã & tertiã custodiã, vt vultũ tuũ viderẽ, & splendorẽ tuũ, discussa nocte ꝓspicerẽ mortuũ meũ nõ viuificaui, nec deficientẽ repleui, sed magis quẽ dedisti mihi vinctũ, castigaui: & captiuũ meũ occidi, vt quẽ acceperã libertatẽ nõ alligarẽ, obprobriũ suscepi in terra, vt in cœlo remunerationẽ sperarẽ. Si igit̃ detuli fidele seruitiũ, adesto dñe Iesu, ne ꝑdentur me latrones, ne aduersarius aduersus me retia sua mittat. Circũdet famulũ tuũ gloria tua vt tãta amictũ gr̃a aduersariæ ptãtes impedire non audeãt. Nunq̃ illis obediui, cũ mihi intercludere vellẽt transitũ. Suis em̃ occurrunt, & eos prodire vltra nõ sinũt. Adesto dñe vt cũ pace, & gr̃a transeã, & in veritate dirigas seruũ tuum ad sedẽ tuã, dirigas iter meũ, & diabolus me nõ intendat. Excęcent oculi eius lumine tuo, cõticescat os eius, q̃ nihil in me dignũ suis opibus inuenit quod loquat. Hæc precatus, ait militibus: Venite consummate præceptũ eius q̃ vos misit. Aduenerũt igit̃ quatuor milites cũ lanceis, & trãsuerberauerũt eũ, atq; cecidit & mortuus est. Quẽ cũ lachrymis sepelierũt frẽs in sepulchro regio, in q̃ priores reges sepulti sunt ꝓtiosis, & plurimis amictibus. Apparuit aũt Sinphoro & Zuzani recusantibus in vrbẽ redire, & ad sepulchrũ eius tota die residẽtibus, dicẽs: Quid sedetis custodiẽtes me? Nõ hic sum. Ascẽdi em̃. & recepi oĩa quæ speraui. Surgẽtes itaq;, discedite hinc, breui em̃ tpe & iã vos mecum colligã. Tertia aũt & Mygdonia deductæ sunt Mesdæo regi & Charisio, & affligebant. Sed tñ volũtati eorũ, nõ acquiescebãt. Quibus se Apl̃us demonstrauit, dicens: Nolite errare, qa dñs Iesus Chr̃us cito vobis adiutoriũ dabit. Quibus cũ diutius nõ possent resistere Mesdæus rex & Charisius, dimiserunt eas propriæ eorum voluntati.

Obiit in domino Thomas Apostolus.

CAPVT XVIII.

FLebat aũt cõgregatio fratrũ in multa exultatiõe atq; lætitia. Presbyter ãt erat Sinphorus, & Zuzanes diaconus, ordinati vero eo tpe à sctõ Apl̃o quo in mõte moriturus ascẽdit. Potiebant frequẽtibus adiumẽtis dñi, & fidẽ incremento q̃tidie ꝓcedebãt. Quibus addidit dñs hanc gr̃ãm, vt cũ Mesdæi filius correptus esset à dæmone, nec quisq̃

quisq̃ qui eũ sanare possit inueniret succederet hmõi Mesdęo regi snĩa, vt diceret: Vado, & aperio sepulchrũ, & tollẽs ossa de Apl'i corpe suspendam filio meo & curabitur.

CAPVT XIX.

Plena miraculo fcrã sunt illa.

ASCendebat igit scd̃m cogitatões suas Mesdæus rex & reuelauit ei se Thomas apl'us dicẽs: In viuẽtes nõ credidisti, & in mortuos credis? Ne timeas, miserebit, & tui deus & dñs Iesus Chr̃us, & exhibebit tibi viscera mĩæ suæ, propter bonitatẽ suã. Verũ vbi ascẽdit rex, reserato sepulchro ossa inuenire nõ potuit, qũo ossa sctĩ Apl'i Thomæ qdã de fratribus rapuerunt, & in vrbe Aedissa à nr̃is sepulta sunt. Ea tñ quæ cũq; in sepulchro repperit, vel humi, vel stercoris supra q̃ tacuerũt reliquiæ Apl'i auferẽs, & ligãs filio suo, ait: Credo tibi Christe nunc, qa recessit à me ille, q hominũ turbat affectus, ego aũt ad te visendũ summa ꝓperatõe cõtendã. Itaq; vbi suspẽdit illa puero, statim sanatus est puer & factum est gaudium magnum inter fratres.

¶Explicit passio beati Thomæ Apostoli.

¶Capl'a in passionem beati Bartholomæi Apl'i.

De Phanis & indicio de Apostolo 1.
De lunatica sanata, & prædicatione Apostoli ad regem 2.
De confessione dæmonis, & subuersione templi. 3.
De passione Apl'i Bartholomæi, & ep̃atu Polymij regis 4.

PASSIO SANCTI BARTHOLOMAEI APOSTOLI. CA. .I.

De India vide Plinĩũ li. 6. ca. 17. et. 19. Solinũ ꝛ Apuleg li. 1. Flo. Et Eusebius. li. 3. cap. 1 scribit Bartholomęũ esse sortitũ Indiã citeriorẽ Vide eũdẽ Eusebiũ lib. 5. capite 9.

INDIAE TRES ESSE AB Historiographis dicunt. Prima India est, quæ ad Aethiopiam mittit, secunda, quæ ad Mœdos, tertia quę finem facit. Nam ex vno latere tenebrarum regionem gerit, ex alio latere mare oceanum. In hãc ergo Indiam ingressus est Bartholomęus apostolus. Ingressus est autem templũ in quo erat Idolũ Astaroth, & quasi pere-

peregrinus ibi manere cœpit. In hoc aũt idolo dæmon talis erat, qui diceret se curare languẽtes, sed hos proculdubio, ꝙs ipse videbat lædere. Erãt ei sine deo vero, & ideo necesse erat vt à deo falso ludificarent. Dij enĩ falsi hac arte illudunt eos, q̃ verũ deũ nõ habẽt. Inferũt eis dolores, infirmitates, dãna, pericula, & dant respõsa, vt sacrificent eis, & quasi sanant ab eis, hoc videt stultis q̃ sanẽt, illi aũt nõ sanãdo, sed à læsione cessando subueniũt, & quũ desinũt lædere, curare putant. Vnde factũ est, vt S. Bartholomæo apl̃o ibi manẽte nulla responsa daret Astaroth, & nulli potuisset ex his ꝙs lædebat subuenire. Quũq; iã plenũ esset languentibus templũ, & quotidie sacrificantibus nullũ daret responsum Astaroth, infirmi aũt ex lõginquis regionibus adducti iacebant seipsos præ dolore laniãtes, pertrexerũnt in aliã ciuitatẽ, vbi aliud dæmon colebat, cui nomen erat Berith. Cũi sacrificãtes, cœperũt inquirere, quare deus eorũ Astaroth non eis daret respõsa. Respondens autem Berith, dixit: Deus vester sic captus & religatus catenis igneis tenetur, vt nec suspirare audeat, nec loqui ex illa hora, qua ibi apl̃us dei Bartholomæus ingressus est. Dicunt ergo ei: Et quis est iste Bartholomæus? Respondit dæmon, & dixit: Amicus est dei omnipotentis, & ideo huc venit in istã prouinciam, vt oĩa vana idola Indiæ euacuet. Dicunt illi: Die nobis signa eius, vt possimus inuenire eũ, quia inter multa millia hominũ non possumus cognoscere eũ. Respondit dæmon & dixit: Capilli capitis nigri & crispi, caro candida, oculi grandes & mares æquales & directæ aures cooperte crine capitis, barba prolixa, paucos habens canos, statura æqualis, q̃ nec longa nec breuis possit aduerti. Vestitur colobio albo clauato purpura, induitur pallio albo, per singulos angulos habentẽ gemmas purpureas. Viginti & sex anni sunt ꝙ nunq̃ sordidantur vestimenta eius, nunq̃ veterascunt, & sandalia eius per viginti sex annos nunq̃ veterascunt. Idẽ itaq; Bartholomæus cẽties per diẽ flexis genibus, centies per noctẽ orat dñm. Vox eius quasi tuba vehemens est. Ambulant cũ eo angeli dei, qui non eũ permittunt fatigari nec esurire. Semp eodẽ vultu, eodẽ animo perseuerat. Omni hora hilaris & lætus permanet, omnia prouidet, oĩa nouit, omnẽ linguã oĩm gentiũ & loquit & in-

Conditio falsorum deorũ nequissima.

Descriptio ꝙui Bartholomæi apostoli

Dictu & auditu miranda.

telligit. Ecce hoc quod vos interrogastis, & quod ego do responsum de eo iam nouit, qa angeli dei famulant ei, & ipsi nuntiant ei. Et ipsi quũ cœperitis eũ quærere, si vult ostẽdet se vobis, si non vult, non poteritis inuenire eũ. Rogo aũt vos, vt dũ eum inueneritis, rogetis eũ, ne huc veniat, ne hoc faciãt mihi angeli qui cũ eo sunt quod fecerunt collegæ meo Astaroth. Et hæc dicens, dæmon obticuit. Reuertentes aũt, cœperunt circuire & inquirere omniũ peregrinoꝝ vultus & habitus, & per duos dies non inuenerũt eum. Factũ est aũt vt quidam plenus dæmonio clamaret, dicens: Apostole dei Bartholomæe, incendunt me orationes tuæ. Tunc apostolus dei dixit ei: Obmutesce, & exi ab eo. Et statim liberatus est homo, qui per multos annos fuerat fatigatus ab eo.

¶ De lunatica sanata, & dispdicatione apli ad regẽ.

Cap. II.

A dæmonio filia regis liberatur intercessiõe Bartholomæi

POlymius aũt rex ciuitatis eiusdẽ quũ haberet filiam lunaticam, & ei nuntiatũ esset de hoc dæmonioso, misit & rogauit eũ, dicens: Filia mea male vexatur, peto vt sicut liberasti Pseustium, qui multos annos cruciatus est, ita & filiã meã liberes. Exurgens itaq; beatus Bartholomæus, perrexit cũ eo. At vbi vidit eã apostolus cathenis strictam, qa omnes morsu attrectabat, & qs viderat tenere, scindebat & cædebat, & nullus ausus erat accedere ad eam, iussit eam solui. Dicunt illi apostolo. Et quis audet manũ mittere ad eam? Dicit ei apostolus: Iam ego vinctũ teneo inimicũ, qui cũ ipsa erat, & vos adhuc timetis eã? Ite & soluite eã, leuantes reficite eam, & crastina die reducite ad me. Euntes autem, fecerunt sicut iussit apostolus, & vltrà non potuit eam vexare dæmon. Tunc rex onerauit camelos auro & argento, gemmis & vestibus, & cœpit quærere apostolum, & penitus non inuenit eum. Et reportata sunt omnia ad palatium eius. Factum est autem quũ transisset nox, & aurora diei futuræ inciperet, apparuit apostolus solus cum solo rege in cubiculo eius clauso ostio, & dixit ei: Vt quid me quæsisti tota die cum auro & argento, & gemmis & vestibus? Ista munera his sunt necessaria, qui terrena quærunt, ego autem nihil terrenum, nihil carnale desidero. Vnde scire te desidero, quia filius dei dignatus est per vterum virgi-

Bartholomæus apostolus incipit regi fidẽ Christi anũciare.

ginis nasci cum homine, ita vt homo in virginis vulua conceptus, secum in ipso secreto virginis haberet deū, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quę in eis sunt. Dixit quoq; apostolus: Hic dei filius simul cum homine natus partu virginis, cœpit initium habere nascendo cum homine, qui nunquam habuit initium, sed ipse semper initium fuit, & omnibus initium dedit, seu visibilibus, seu inuisibilibus creaturis. Hæc autem virgo quū execraretur omnem virum, & iam seruandæ virginitatis votum prima deo omnipotenti vouit. Primam autem ideo dixi, quia ex quo homo factus est ab initio seculi, nulla hoc votum deo obtulit. Hæc ergo prima (vt dixi) inter fœminas hoc constituit in corde suo, vt diceret deo: Domine offero tibi virginitatem meam, quum hoc à nullo homine, nec verbo didicisset, nec exemplo ad imitationem in vita constituit, vt virgo pro amore dei specialiter permaneret. Huic subito intus in cubiculo suo clausæ splendens sicut sol Gabriel angelus apparuit. Quæ cum terrore percussa, expauiscet, Ait ad illam angelus: Noli timere Maria, quia concipies. At illa timore deposito, constanter ait: Quomodo fiet hoc, quia virum non cognosco? Cui angelus respondit: Propter hoc spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Hic ergo quum natus esset, passus est se tentari à diabolo illo qui primum hominem vicerat, suadendo, vt de arbore vetita à deo, manducare præsumeret. Ipsum ergo permisit ad se accedere, vt sicut dixerat Adæ, id est protoplasto, per mulierem: Manduca, & manducauit, & sic de paradiso est proiectus, & in isto mundo exiliatus, & sic genuit omne humanum genus. Ita & isti dixit: Dic lapidibus istis, vt panes fiant, & manduca, vt non esurias. Cui respondit: Non in solo pane tantum viuit homo, sed in omni verbo dei. Hic ergo diabolus, qui per manducantem hominem vicerat, victoriam suam per ieiunantem, & se contemnentem, amisit. Par enim erat, vt qui filium virginis vicerat, à filio virginis vincereturꝰ. Dicit ei rex: Et quomodo dixisti, primam hanc esse virginem, ex qua natus est homo? Cui Apostolus respondit: Ago deo gratias, quia solicite audis.

Esaiæ. 7. 11
Mat. 1.
Luc 1.
Ezech. 44
Johan. 1.
Apo. 1.

Virgo Maria deo suā virginitatē vouit.

Prima virginum, Maria virgo.

Luc. 1

Mat. 4
Mar. 1.
Luc. 3
Gene. 3

Mat. 4
Deut 8

Gene.2 Sap.10 Ex terra virgine creatus ē primus homo.

Primus ergo homo Adā dictus est, hic de terra factus est. Terra aūt illa ex qua factus est, virgo fuit, quia nec sanguine hūano polluta fuerat, nec ad sepulturā alicui⁹ mortui fuerat adapta. Par ergo erat (vt dixi) vt qui filiū virginis vicerat, à filio virginis vinceretur. Et ideo sicut qui victor extiterit tyranni, mittit comites suos vt in omnibus locis vbi tyrannus possedit titulos regis sui victoris ac triumphatoris imponant, ita hic homo Christus Iesus qui vicit, misit nos in omnes prouincias vt expellamus ministros diaboli, qui per templa in statuis habitant, & hoīes, qui eos colunt de potestate eius, qui victus est, auferamus. Ideo argentū & auꝝ non accipimus, sed contemnimus, sicut ipse contempsit, quia ibi cupimus esse diuites vbi solum eius regnat imperiū, vbi nec languor, nec morbus, nec tristitia, nec mors locū aliquē habere nouerunt, vbi felicitas perpetua, beatitudo perennis est, & gaudium sine fine, & sunt ibi delitiæ sempiternæ. Inde est, q̄ templū vestrū ingressus, dæmonē, qui in idolo dabat vobis respōsa, ab angelis eius qui me misit religatū obtineo. Quē si baptizatus fueris & permiseriste illuminari, faciā te videre, & cognoscere quāto bono caruisti. Nā omnes illi, qui iacent in templo ægrotātes, audi qua arte videbatur curare eos diabolus, qui primū hominē vicit, & (vt sæpe iā dixi) qui per ipsam victoriā pessimam potestatē habere videt, & in alijs quidē maiorē, in alijs vero minorē, minorē in his qui minus peccant, maiorē qui plus peccant. Ipse ergo diabolus facit arte sua hoīes ægrotare, & suadet eos credere idolis, & vt in animabus eoꝝ potestatē obtineat, cessat tunc eos lædere, quū dixerint lapidi aut metallo cuicunq; tu es deus meus. Veniunt ergo hi homines, & quotidie dicunt metallo, tu es deus meus. Sed quia ipse dæmon, q̄ in ista statua erat, à me victus tenetur, sacrificantibus & se adorantibus, nullum potest dare responsum. Sed si vis probare ita esse, iubeo illi, vt ingrediat statuā suā, & faciam eū confiteri hoc ipsum, q̄ sit religatus, & responsa dare non possit. Dicit ei rex: Crastina prima hora diei parati erunt pontifices sacrificare ei, & ego ibi superueniā, & videbo hoc factum mirabile.

Quare potissimū apli in totū terrarum orbē missi sunt.

Apostoli nō acceperunt hæc temporalia. Apo. 7. 25.

¶De confessione dæmonis & subuersiōe templi. Cap. III.

Factū

Collocutio inter diuum Bartholomæum et dæmonem.

FActum est autem altera die, prima hora diei, sacrificantibus eis, cœpit clamare dæmon. Cessate miseri, cessate sacrificare mihi, ne peiora patiamini, quàm ego qui catenis igneis religatus sum ab angelis IESV Christi, quem Iudæi crucifixerunt, putantes eum posse morte detineri. Ille autem ipsam mortem (quæ regina nostra est) captiuauit, & ipsum principem mortis & maritum vinculis ignitis vinxit, & tertia die victor mortis & diaboli resurrexit, & dedit signum crucis suæ Apostolis suis, & misit eos per vniuersas partes seculi, ex quibus vnus hic est, qui me vinctum tenet. Peto vos, vt rogetis eum pro me, vt dimittat me ire ad aliam prouinciam. Tunc Bartholomęus apostolus ait: Confitere immundissime dæmon, istos omnes qui hic ægrotationes varias patiuntur, quis est qui eos læsit? Respondit dæmon: Princeps noster diabolus si quomodo religatus est, ipse nos mittit ad homines, vt lædamus, primo quidem carnem eorum, qnomodo animas hominum non possumus habere in potestate nisi sacrificauerint. At vbi pro salute corporis sui sacrificauerint, cessamus nocere eis, quia iam in animas eorum potestatem habere incepimus. Nam per hoc quod ab eorum læsione cessamus, videbimur curare eos, & colimur quasi dñi, cum pro certo dæmones simus, & eius ministri, quem in cruce positus Iesus virginis filius religauit. A die qua eius discipulus huc aduenit Apostolus Bartholomæus, ardentibus catenis strictus consumor, & ideo loquor, quia iussit mihi. Nam ausus non essem loqui eo præsente, nec ipse princeps noster. Dicit ei Apostolus: Quare non saluas hos homines, qui ad te venerunt? Dicit ei dæmon: Nos quando corpora lædimus, nisi animam læserimus, corpora sine læsione perdurãt. Tunc dicit sanctus Bartholomæus ad plebẽ: Ecce quẽ deũ putabatis, ecce quem putabatis curare vos. Audite nũc verum deum creatorem vestrum, qui in cœlis habitat, non lapidibus vanis credatis. Sed & si vultis vt orem pro vobis, & omnes hi sanitatem recipiant, deponite hoc Idolum, & confringite, & cum hoc feceritis, templum hoc Christi nomini dedicabo, & vos omnes in isto templo Christi baptismate consecrabo. Tunc iussu regis omnes populi miserunt funes, & trocleas, & si-

Hebræ. 2. Osee. 13 Matth. 28 Marci. 16 Lucæ. 24 Iohan. 18.

Ex ãnta olim dæmonum delusio.

Quare quondam dæmones pro dijs habiti sint.

mulachrum non poterãt euertere. Apostolus autem sanctus dixit eis: Soluite vincula eius. Cumq; exoluissent omnia. Dicit Apostolus ad dæmonem, qui in eo erat. Si vis vt non te faciam mitti in abyssum, exi de isto simulachro, & confringe illud, & vade in desertaloca, vbi nec auis volat, nec arator arat, nec vnquàm vox hominis resonuit. At ille statim egrediens, commnuit omnia genera Idolorum, nec solum maius Idolum, sed vbicunq; p ornatu templi sigilla erant posita, minutauit, ita vt picturam omnem deleuisset. Tunc omnes populi vna voce clamare cœperunt: Vnus est dominus, vnus est omnipotens, quem prædicat Apostolus eius Bartholomæus.

Alia dni Bartholomæi oratio ad deum patrem

Tunc expandens sanctus Bartholomæus manus suas, ad deum dixit: Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, qui ad redemptionem nostram vnigenitum filium dominum nostrum Iesum Christum direxisti, vt nos omnes, qui eramus serui peccati, suo sanguine redimeret, & tibi filios faceret, qui verus deus ex hoc cognosceris, quia semper idem es, & immutabilis perseuerans, vnus cum filio pater, vnus etiam cum spiritu sancto, & reuera vnus ingenitus, & vnus filius eius vnigenitus dominus noster Iesus Christus, & vnus spiritus sanctus, qui à patre procedit illuminator & ducator animarum nostrarum, & est in patre & filio tuo domino nostro Iesu Christo, quiq; in suo nomine dedit nobis hãc potestatem, vt infirmos curaremus, cæcos illuminaremus, leprosos mũdaremus paralyticos absolueremus, dæmones fugaremus & suscitaremus mortuos, & dixit nobis: Amen dico vobis quæcunq; in nomine meo petieritis patrem, in nomine meo dabit vobis, peto ergo in eius nomine, vt omnes hæc multitudo saluet, vt cognoscãt oẽs, q a tu es deus vnus in cœlo, & in terra, & in mari, qui salutem recuperas, per ipsum dominum nostrũ Iesum Chm̃ per quem tibi est deo patri honor & gloria cum spiritu sancto per immortalia secula seculorum. Cũq; oẽs respõdissent, Amen, apparuit angelus domini splendidus, sicut sol habens alas, & per quatuor angulos templi circumuolans, digito suo in quadratis saxis sculpsit signũ crucis, & dixit: Hæc dicit dominus, qui misit me. Sicut vos omnes ab infirmitate mundamini, ita mundauit templum hoc ab omni sorde & habita-

Rhoma. 6
Ioan. 8
Malachiæ. 8.
Psalm. 101

Matth. 10
Marc. 16
Lucæ. 9.

Matth. 21
Marc. 11
Ioan. 16.

Amen respondetur

Admirabile iudiciũ

bitatore eius, quem iussit apostolus dei ire in locum desertum ab hominibus, & iussit vt prius ostendam vobis eum. Quem videntes, nolite expauescere, sed quale signum ego sculpsi in his saxis, tale vos digito vestro facite in frontibus vestris, & omnia mala fugient à vobis. Tunc ostendit eis ingentē Aegyptium nigriorem fuligine, facie acuta, barba prolixa, crines vsque ad pedes, oculos igneos sicut ferrum ignitum, scintillas emicans, ex ore eius & naribus flamma sulphurea pennarum ad æquē habentem alas spineas sicut stips, & erat vinctus à tergo manibus, igneis catenis strictus. Et dixit ei angelus domini: Quomodo audisti vocem Apostoli, & omnia pollutionum genera de isto templo mundasti, secundum promissum Apostoli soluam te, vt vadas vbi nulla cōuersatio hominum est, vel esse potest, & ibi sis vsq; ad diem iudicij. Et cum exoluisset eum, ille vlulatum teterrimū diræ vocis emittens, euolauit, & nusquàm comparuit. Angelus autem domini (videntibus cūctis) euolauit ad cœlum. Tunc rex vna cum vxore sua & duobus filijs, & cum omni exercitu suo, & cum omni populo qui saluatus est, & vicinarū vrbiū quæ ad eius regnum pertinebant credens, baptizatus est. Et deposito diademate capitis, & purpura, cœpit Apostolum non deserere.

Magna potētia signo sancte crucis

En quale monstrum.

Magna infidelium multitudo ad fidem cōuertitur

¶ De passione Apostoli Bartholomæi & episcopatu Polymij regis. Caput IIII.

INterea colligentes se vniuersorum templorum pontifices abierunt ad Astragem regem fratrem eius maiorē & dixerunt: Frater tuus Polymius res discipulus factus est Magi hominis, qui templa nostra sibi vendicat, & deos nostros confringit. Cum hæc flentes referrent, ecce & aliorum ciuitatum pontifices, eadem referre cœperunt flentes. Tunc rex Astrages indignatus, misit mille viros armatos cum pontificibus, vt vbicunq; inuentus esset Apostolus Bartholomæus, vinctum illum perducerent ad eum. Quod cum fecissent, dixit ad eum Astrages rex. Tu es qui euertisti fratrem meum? Cui Apostolus dixit: Ego non euerti eum sed conuerti. Dicit ei rex: Tu es qui deos nostros fecisti comminui? Dicit ei Apostolus: Ego dedi potestatem dæmonibus, qui in eis erant, vt ipsi conquassarent idola vana, in quibus de

Differunt conuerti et euerti.

bus degebant, & omnes homines relicto errore crederent omnipotenti deo, qui in cœlis habitat. Dicit ei rex: Sicut tu fecisti fratrem meum, vt relinqueret deum suum, & tuum crederet, ita faciam & ego te relinquere deum tuum, & deo meo credere & sacrificare. Dicit ei Apostolus: Ergo deum, quem colebat frater tuus, religatum & vinctum ostendi, & ipsum feci, vt frangeret simulachrum suum. Si potueris hoc facere deo meo, poteris me ad sacrificium prouocare. Si autem tu nihil potes facere deo meo, ego omnes deos tuos comminuam, & tu crede deo meo. Hæc cum diceret, nuntiatum est regi, quod die eius VValdath cecidisset, & minutatim abiisset. * Tunc scidit rex purpuream vestem, qua indutus erat, & fecit fustibus cædi sanctum Bartholomæum Apostolum, cæsum autem iussit decollari. Venientes autem innumerabiles populi duodecim millia ciuitatum, qui per eum crediderunt, vna cum rege abstulerunt, cum hymnis, & cum omni gloria corpus eius. Factum est autem tricesimo die depositionis eius, arreptus à dæmonio rex Astrages, venit ad templum eius, & omnes pontifices pleni dæmonibus passi sunt ibi, confitentes Apostolum eius, & sic sunt mortui. Factus est autem timor & tremor super omnes incredulos, & crediderunt vniuersi, atque baptizati sunt à presbyteris, quos ordinauerat Apostolus Bartholomæus. Factum est autem per reuelationem, & vniuerso populo acclamante, & omni clero, ab † Apostolo ordinatus rex episcopus. Et cœpit in nomine Apostoli Bartholomæi signa facere. Fuit in episcopatu annis viginti, & perfectis omnibus, atq; bene compositis atq; bene constabilitis, migrauit ad dominum, cui est honor, & gloria in secula seculorum, AMEN.

FINIS.

* Nō te moueat lector pie, q̄d sint, q̄ velint diuus Bartholomeū fuisse excoriatum, nō nulli vero illū fuisse crucifixū adfirmēt. Siq̄dē illoꝝ sic possit dissolui contrarietas. Qm̄ ipe diuus Bartholomæus ob maiorē cruciatū primo cęsus fuerit deiñ crucifixus ac demū anteq̄ ī cruce moreret deposit⁹ haud sine magno cruciatu excoriat⁹ et sub finē capite plexus. Ipse tñ in magna cōstātia obijt aduersum eos q̄ illū angustiarūt. Nec fuit quod ipm a charitate Christi dimoueret.

Rhoma. 8

† Rex ab apostolo Bartholomæo episcopus ordinatur.

Passio

PASSIO SANCTI IACOBI APOSTOLI FRATRIS DOMINI.

Empore quo vna annoꝝ post passionē dominicā septimana cōpleta est, ecclesia dei Hierusalē constituta, copiosissimè multiplicata crescebat per Iacobū, qui à dño ordinatus est episcopus. Conuenientibus aūt duodecim apostolis in Hierusalem ad diem festū paschæ, interrogante Iacobo, ac populo audiente, breuiter exposuerunt, quæ per eos in locis singulis fuerāt gesta. In qbus diebus Caiphas pōtifex (missis ad eos sacerdotibus) rogabat ire ad se, vt aut ratione docerent cū, quia Iesus ipse est æternus deus, aut ipse doceret, qa nō est. Quadā ergo die ascenderunt in templū corā omni populo, protestādi de Iesu, simul & arguere Iudæos de multis, quæ ab his absurde gerebant. Ingressi igit apostoli tēplū, & stātes in gradibus, facto populi silentio, euidēter cōtestati sunt, docentes sacerdotes quidē de vno solo deo cœli, Sadducæos de resurrectione mortuoꝝ, Samaritas de cōsecratione Hierusalē, nō tamen ingressi in ciuitatē eoꝝ, sed publice disputantes, Scribas vero & Sadducæos de regno cœloꝝ, discipulos Iohānis, ne scandalū paterent in Iohāne, omnē vero populū, quia Iesus est Chrūs æternus, ad vltimū vero monuerūt, vt priusq̄ progrederent ad gentes p̄dicare agnitionē dei patris, ipsi reconciliarent deo, suscipiētes filiū eius. Aliter em̄ nullo modo eos ostēderūt posse saluari, nisi per spūs sancti grām trinæ inuocatiōis dilui baptismate, properarēt, & eucharistiā Christi dñi sumerēt, cui soli de his, quæ docuit, credere deberēt, vt sic æternā salutē cōsequi mererent. Et sic per septē dies persuaserunt omni populo, & pontifici Caiphæ, vt cōfestim ad perci

Iacoby, cuius hic vita ꝛ passio describitur, vocari cœptus est frater domini, etiam a Paulo ad Galat. 1. qm̄ (inquit Eusebius lib. 2. ca. 1. eccle. histo.) filius fuerit Ioseph, qui quasi pater dñi habebat, qui ideoq̄ ab Egesippo libro. 5. cōmentarioꝝ Cōsobrinus dñi (qualis ꝛ fuit) appellat. Quod vero ille primus fuerit Hierosolymitanus episcopus, testat q̄q̄ Clemens papa. lib. 6. disp. inquiens. Petrus ꝛ Iacoby ꝛ Johannes p̄ adsumptionem saluatoris, quāuis ab ipso fuerint omnib⁹ pene prælati, tamen nō sibi vindicabant p̄matus gloriā, sed Iacobum, qui dicebat iustus, Apl'oꝝ episcopum statuunt. Et Clemēti subscribit Eusebius loco p̄memorato dicens. Hunc ipsum Iacobum, q ꝛ iustus cognominatus est, ab antiquis, virtutū merito, ꝛ insignis vitæ p̄uilegio, p̄mū hist oriæ tradūt suscepisse ecclesiæ, q̄ in Hierosolymis est, sedē. Id q̄d haud obscure corroborare videt ex eo, q̄ Iacoby ille post Petrū solus pro oib⁹ rñderit in p̄mo, q̄ Hierosolymis celebratū e, cōcilio, ceu videre est actoꝝ. 15. Et hac de re hic author noster paulo post latius

Sic ẽ illis p̃ceperat dñs hic ad cœlũ ascẽsus tus dicẽs. Euntes ergo docentes oẽs gentes, baptizãtes eos in noĩe p̃ris ⁊ filij ⁊ spũs sancti. Mat. 28

piendũ baptisma festinarent. Quũq; in eo iã res esset, vt venirent & baptizarentur, homo quidã inimicus tunc cũ paucis admodũ ingrediens templũ, clamare cœpit & dicere: Quid facitis ò viri Israelitæ, quur vobis tã facile surripitur? quur p̃cipites ducimini ab hominibus infelicissimis, & à Mago deceptis? Quumq; hæc diceret, & ad hæc audiret & superaret, ab episcopo Iacobo, conturbare populũ & seditiones suscitare cœpit, vt ea, quæ dicebantur, plebs minime posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus & quæ fuerant multo labore ordinata conuellere, simulq; incusare sacerdotes, & opprobrijs atq; increpationibus cœpit accedere, & velut furibundus singulos quosq; ad cædem concitare, dicens: Quid agitis? Quid cessatis ò segnes & desides? Quur non manibus nostris inuadimus & discerpimus omnes hos? Et hæc quum dixisset primus rapto ex ara reusto, cædis fecit exordium. Tunc deinde & cæteri videntes eum, simili ferebantur insania, fit omnium clamor cædentium pariterq; cæsorum, sanguis plurimus funditur, fuga permixta habetur. Tunc interim ille inimicus homo Iacobum aggressus, de summis gradibus præcipitem dedit. Quem quum mortuum credidisset, vltra mulcta re neglexit, in qua collisione debilitatus vno pede claudicabat pessime. Hominem vero inimicum Saulum fuisse manifestum est, quem postea dominus ad apostolatus ministerium destinauit. Igitur Iudæi postea quàm Paulus ad Cæsarem, (quem appellauerat) à Festo transmissus est, & frustratas insidias quas ei intenderant, viderunt, in Iacobum fratrem domini immanitatem nequitiæ suæ vertunt. Quemq; hoc modo exhortati sunt, productũ in mediũ, abnegare eum fidẽ Christi coram omni populo expetunt. At ille contra omnium opinionem voce satis libera, & multo maiore, quàm vellent, coram omni populo cum omni fiducia profitetur filium esse dei saluatorem & dominum nostrum Iesum Christum. Tum illi non ferentes tam graue & tam liberum testimonium viri, pro eo maxime q̃ iustissimus apud omnes habebatur ob religioseq; & continentissime vitæ merita, in nec ẽ eius vertunt, fauente sibi occasione tẽporis ex morte rectoris. Contigit eñ Festũ per idem tẽpus obijsse apud Iudæã, & sine rectore ac princi-

Struitur maligna aduersus Iacobũ apostolum sectio.

Saulum fuisse hoiem istũ inimicũ, cuius hic fit mẽtio, Eusebius lib. 2. ca. 23 testat, q̃ eadẽ q̃ hic sunt, recẽset verba, nec inde aliud modũ sentit Lucas in actis apostolicis ca. 9. 22. 23. 24

Festus procurator Iudææ moritur.

pe

pe esse prouinciã. Nam mortis Iacobi modus licet à Clemente & alijs fuerit intimatus, exploratus tamẽ de eo Egesipppus (q post ipsas statim primas apostoloꝝ successiones fuit) quinto cõmẽtarioꝝ suoꝝ libro his verbis refert. Suscepit (inquit) ecclesiam cum apostolis frater domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est iustus, ab ipsis domini temporibus perdurans vsq; ad nos. Et multi quidẽ Iacobi sunt vocati, sed hic ex vtero matris suæ sanctus fuit. Vinũ & sicerã non bibit, sed neq; animal manducauit. Ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est perunctus, balneis non est vsus. Huic soli licebat intrare in sancta sanctoꝝ. Neq; in eo vtebatur indumẽto, sed tantũ sindone. Solus ingrediebatur templũ & iacebat sup genua sua, orans pro populi indulgentia, ita vt orando callos faceret in genibus ad modum cameli semp genua flectẽdo, nec vnq̃ ab oratiõe cessando. Itaq; pro incredibili continentia & summa iustitia appellatus est iustus & Oblias, q̃d est interpretatũ munimentũ populi & iustitia, sicut & prophetę indicarũt de eo. Quidã ergo de septẽ hæresibus q̃ erãt in ppl̃o (de qbus supra scripsimus) interrogabãt eũ qd esset ostiũ Iesu. At ille dicebat hũc esse saluatorẽ. Ex qbus aliquãti crediderũt, qa Iesus est Chrũs. Illæ aũt hæreses (quas supra diximus) nõ crediderũt, neq; surrexisse eũ, neq; vẽtuꝝ, vt retribuat vnicuiq; scd̃m opa sua. Qui vero crediderũt, p Iacobum crediderũt. In qbus quũ multi ex principibus credidissent, pturbatio erat Iudęoꝝ dicẽtiũ: Nihil iã supest, qn oĩs ppl̃us credat in Iesum ꝙ ipse sit Chrũs. Cõueniẽtes igit̃ ad Iacobũ, dicebãt ei: Oramus te, vt reuoces populũ, qa ecce errat in Iesum, putãs ꝙ ipse sit Chr̃s. Dep̃camur ergo te, vt suadeas oĩbus cõueniẽtibus ĩ die paschę de Iesu. Tibi em̃ oẽs obtẽperamus & de te tã nos q̃ ppl̃us testimoniũ ferimus, qa iustus es, & psonã nullius accipis. Tu ergo suade ppl̃m de Iesu, ne erret, qa oẽs tibi obediemus. Ascende itaq; in excelsum locũ pinnæ tẽpli, vt in editiori loco positus, appareas omnibus, & verba tua audiantur à cũctis, quia in diebus paschæ conuenit non solũ Iudæoꝝ, sed & gentiũ multitudo. Statuerũt igitur supra dicti scribæ & pharisæi Iacobũ supra pinnam templi, & voce magna clamãtes ad eum, dicunt:

Egesippus antiquissimus historiographus et apl̃oꝝ tpib̃ oĩno ppinquus fuit q̃ et (Eusebio li. 4. ca. 8. teste) q̃nq; libros ædidit, apostolicoꝝ tpm complectẽtes historiam.

Iacobo frater dñi ob maximã suã cõtinẽtiã et iustitiã appellari cœptus est iustus ⁊ Oblias, quẽadmodũ et Euseb. repetit li. 2. ca. 23. eccle. hist. ex Egesippo. 5. cõmentariorum libro.

Locus cõcionãdi in altitudine vt quiq; omnes audiant.

Virorum iustissime, cui omnes obtemperare debemus, quomodo populus errat post Iesum, qui crucifixus est, enũtia nobis quod sit ostiũ Iesu. Tunc Iacobus ad eos ingenti voce respondit. Quid me interrogatis de filio hominis? Ecce ipse sedet in cœlo à dextris summæ virtutis, & ipse venturus est in nubibus cœli. Quum hoc responso testimonio Iacobi multis satisfactum esset, & libenter audissent, quæ Iacobus protestatus est, cœperũt glorificare deum, & dicere: O sanna filio Dauid. Tunc rursum ipsi scribæ & pharisæi cœperunt dicere: Male fecimus tale testimonium præstare de Iesu, sed ascendamus & præcipitemus hunc deorsum, vt cæteri terreantur, & nõ credãt ei. Simul & voce magna clamauerũt, dicẽtes: Oĩno & iustus errauit. Et compleuerunt scripturam, quæ in Esaia scripta est, dicentem: Auferamus iustum, quum inutilis est nobis, propterea fructum operum suorum manducauerunt. Ascenderunt ergo & præcipitauerunt eum, & dicebant ad inuicem: Lapidemus Iacobum istum. Et cœperunt eum vrgere lapidibus. Qui eiectus non solum mori potuit, sed conuersus, & super genua sua procumbens, dicebat: Rogo domine deus pater remitte eis peccatum, non enim sciunt, quid faciunt. Quumq; eum talia orantem desuper lapidibus perurgerent, vnus de sacerdotibus de filijs Rechab (de quibus protestatur *Hieremias propheta) exclamauit & dixit: Parcite quæso, quid facitis? Pro vobis orat iustus hic, quẽ lapidatis. Et vnus ex ipsis fullo arrepto fuste, in quo res exprimere solebat, cerebro eius illisit, & tali martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco prope templum. Hic est, qui extitit veritatis testis Iudæis & gentibus, quia Iesus est Christus filius dei viui qui cum patre & spiritu sancto dominatur & regnat in cuncta seculorum secula. Amen.

¶Explicit passio sancti Iacobi apostoli.

Atq; hoc ipm diui Iacobi dictum approbat scriptura passiꝫ Mar. 16 Mat. 25 Lucæ. 23 Hebrę. 1. Mar. 14 Coloss. 5

Simile quid Sapiæ. 2. dicit Siquidẽ ibidẽ Iudæi dicunt, Circũueniamꝰ ergo iustũ, quia inutilis est nobis ꝛ cõtrarius est opibꝰ nostrꝭ id q̃d tñ verissimilius ad Christũ dñm referri puto.

*Rechab, de q̃ Hieremias capite. 35. ille fuit cuius deinde tota domus vinũ ex voto nunq̃ bibit. Ideoq; author hic dicit, Rechab filijs, de q̃bꝰ protestatur Hieremias propheta

Hinc duos fuisse Iacobos constat. Vnum, qui ab Herode capite cæsus est, de quo actoꝝ. 12. Alius, qui et iustus, frater domini appellatus, qui de pinna templi deiectus, fullone vecte percussus est, et morti traditus, de quo hoc in loco noster author, et Lucas actuum. 15. et Paulus ad Galatas capite primo.

VITA SANCTI PHILIPPI APOSTOLI.

POST PASSIONEM DOminisaluatoris beatus quidem Philippus per annos viginti instanter prædicauit gentibus per Scythiam Euangelium. Vbi cum tentus esset à gentilibus, & ductus ad statuã Martis, compelleret ad sacrificandum, exijt de subtus Basi, in qua statua Martis stabat draco ingens, & percussit filium pontificis, qui ministrabat ignem sacrificij. Percussit etiam duos tribunos, qui præerant prouinciæ, cuius officiales tenebãt in vinculis sanctum Apostolum Philippum. De flatu aũt draconis oẽs morbidi redditi vehementer ægrotare cœperũt. Tunc sanctus Philippus Apostolus dixit oẽibus: Audite consilium meum, & recuperabitis sanitatẽ, sed & hi qui sunt mortui resuscitabunt draco quoq; qui noxius est, vobis in dei mei nomine fugabit. Dicũt ei omnes: Dic nobis, quid faciamus? Dixit eis Apostolus Philippus: Deijcite, hunc Martẽ & confringite, & in loco in quo videt fixus stare crucem dñi mei Iesu Christi affigite, & hanc adorate. Tunc illi qui cruciabant cœperunt clamare. Recuperet in nobis virtus, deijciemus Martem hũc. Facto itaq; silentio. Apostolus dixit: Præcipio tibi draco in nomine dñi nostri Iesu Christi exi de loco isto, & vade, & morare in loco deserto, vbi non est accessus hoim, & nulla vtilitas humanis commodis ministrat, ita vt vadens nemini noceas. Tunc ille draco sæuissimus exiens, cœpit ire festinanter, & vltra nusquàm cõparuit. Philippus aũt pontificis filium, qui ministrabat ignem sacrificij & duos tribunos, qui mortui fuerãt suscitauit, omnemq; turbam quę morbida fuerat de draconis flatu, sanitati restituit. Vnde factũ est, vt vniuersi qui Philippum Apostolum persequebantur pœnitentiam agentes, deũ hũc æstimantes, adorarent. Ipse aũt per vnũ iugiter annũ docebat eos, quo mũdo periclitãti aduẽtus dñi subueniret, quomodo

Philippꝰ apostolus draconẽ expellit.

Philippꝰ apostolus ægros saluat, et mortuos resuscitat

Quomodo fidem docuerit Philippꝰ apostolus.

modo natus est ex virgine, quomodo passus, quomodo sepultus, die tertia resurrexit, quomodo post resurrectionem eadē quę ante passionē suam docuerit, qūo videntibus Apl'is ascendisset in cœlum, qūo misit spm̄ sanctū quem promisit, qui veniens quasi ignis, sedit super Apostolos duodecim, & omnium linguas & sermocinationes mentibus apostolorum suoꝝ inseruit. Ex quorum ip̄e numero huc missus, scire vos feci idola ista vana esse, & cultoribus eius inimica. Hæc & his similia dicente Philippo apostolo crediderunt & eliso Martis simulachro multa milia hominum baptizata sunt, † ordinatis aūt clericis, sed & ordinato eis ep̄o, & presbyteris & diaconibus, atq; ecclesiis multis instructis, ip̄e p reuelationē ad Asiā reuersus in ciuitate Hierapoli cōmoratus hæresim malignā Hebionitaꝝ extinxit, qui dicebant non verum hominem natum ex virgine dei filiū assumpsisse. Erant ibi duæ filiæ eius virgines sacratissimæ, per quas deus multitudinem virginum lucratus est. Ip̄e autem Philippus ante septem dies migrationis suę vocauit ad se omnes presbyteros & diacones, sed & vicinarum vrbium ep̄os, & dixit eis. Hos septem dies mihi dominus ad istam vitam concessit. Memores estote doctrinæ domini nostri Iesu Christi & state viriliter, dominus autē complet promissa sua, & corroborat ecclesiam suam. Hæc & his similia p̄dicans apostolus domini Philippus, annoꝝ octoginta septē perrexit ad dominum. Et post aliquot annos duę sacræ virgines filiæ eius dextera leuaq; sepultæ sunt, vbi præstantur beneficia dei, orante Apostolo Philippo om̄ibus, qui credunt vnū deum patrem inuisibilē, incomprehensibilem & immensum, quem nullus vidit hominum neq; quisquam videre potest, & in vnum eius vnigenitum dominum nostrū Iesum Christum qui crucifixus est pro seculi delictis, & in vnum sanctum spiritum, paracletum illuminatorem animarum nostraꝝ, & nunc & semper & p infinita secula seculorum, Amen.

FINIS.

Marci. 16
Lucæ. 24
Acto. 1
Acto. 2.

† Apl'us Philipp⁹ passim ordinat diaconos ꝛ p̄sbyteros, fuerūt āt Hebionitæ hæretici, appellati ab hęresiarcha Ebionæo, qui adseruit, Chr̄m de Joseph ꝛ Maria natuꝫ fuisse puꝝ hoīem ꝛc. et legē ritu Judaico esse seruādam. Cui⁹ meminit quoque Eusebius li. 5. cap. 8. et lib. 6. cap. 15. eccl'iast. historiæ

Nec hac in parte silētio ē trāscundū, duos fuisse Philippos vtpote diaconū vnum et apl'm alteꝝ, illum. 8. id⁹ Julij signis ꝛ p̄digijs iclytū apd̄ Cæsareā requieuisse. ꝛ iuxta eū tres eius filias fuisse tumulatas. q̄rtaꝫ vero Ephesi de quibus acto. 8. ꝛ 21. cap. Hinc vero. s. Apl'm, de quo hic author apud Hierapolim obdormiūsse, filiasq; duas habuisse, quaꝝ hic fit mentio, ꝛ accedit Hieronymus in martyrologio. Quamuis Eusebius libro. 3. capit. 30. ecclesiasticę historiæ, trium meminerit filiarum.

¶Incipiunt capitula.

De duobus Magis. 1.
De Candace Eunucho. 2.
De duobus draconibus 3.
De filio regis suscitato 4.
De Ephigenia religiosa 5.
De passione Apostoli Matthæi 6.
De monasterio Ephigeniæ. 7.
De filio Hyrtaci, & interitu, & de successore eius, qui fuit Ephigeniæ frater.

PASSIO SANCTI MATTAEI APOSTOLI.

¶De duobus Magis. Ca.I.

RANT ITAQVE DVO MAgi Zaroes & Arfaxar apud Aethiopiam, in ciuitate eorum magna quę dicit Nadaber, in q̃ erat rex Eglyppus. Hunc itaq; ludificabant hi duo Magi, vt dicerent se deos esse, & credebat eis rex, & omnis populus memoratę vrbis. Et ibat opinio eorum per totam Aethiopiã, ita vt ex longinquis regionbus venirent & adorarent eos. Faciebant enim subito hominum gressus figi, & tam diu immobiles stare, quàmdiu ipsi voluissent, similiter & visus hominum, & auditus à suo officio refrenabant. Imperabant serpentibus vt percuterẽt, quod & Marsi facere solẽt & ipsi incantando curabant, & vt dici vulgo solet, malignis maior reuerentia exhibetur timoris, quàm benignis amoris. Curam ergo (vt sæpe dictum est) deus hominum gerens, Matthæum contra hos Apostolum misit. Qui ingressus ciuitatem, cœpit detegere præstigia eorum. Omnes enim quos illi figebant, hic in nomine Iesu Christi soluebat, quos illi cęcabant, hic illuminabat, quibus illi auditum tulerant, iste reddebat, serpentes etiam quos illi ad percutiẽdos homines excita-

Eusebius quoque adfirmat Matthæum apostolũ fuisse sortitus in diuisiõe Aethiopiã

Ecce quanta potest ars magica, illusiõe dæmoniaca.

Signus domini ē signum sancte crucis.

citabant, hic conuertebat in somnum, & percussiones eorum facto signo domini procurabat. Hunc cum vidisset Aethiops Eunuchus Candacis nomine (qui fuerat à Philippo Apostolo diacono baptizatus) procidit ad pedes eius adorans, & dicēs. Quia respexit deus ciuitatem istam, vt liberaret eam de manu duorum Magorum horum, quos putāt stulti homines deos esse. Et suscepit eum in domum suam, & veniebant ad eum omnes amici Candacis eunuchi, & audiētes verbum vitæ credebant Christo Iesu domino, & baptizabantur plurimi, videntes quod omnia quæ Magi faciebant mala hominibus, hæc dei famulus euacuaret. Illi ēnim ideo vulnerabāt, quos poterant, vt vulnerati ipos rogarent, qui q ideo curare putabantur, quomodo à læsione cessabant. Matthæus autem Apostolus Christi non solum hos curabat, quos illi lędebant, sed etiā omnes qui ad eum ferebantur infirmitatibus diuersis obsessi. Prædicabat autem populo veritatem dei, ita vt omnes mirarentur de eloquentia eius.

Huius Eunuchi pia fit mentio in actis apostolicis capi. 8.

Magna eloquentia diui Matthæi

¶ De Candace Eunucho. Cap. II.

TVnc Candacis Eunuchus qui eum suscepit omni affectione, interrogauit eum, dicens: Obsecro te, vt digneris indicare mihi, quomodo tu cum sis Hebręus nosti Græcam & Aegyptiacam, & Aethiopicā sermocinationem, ita vt hi qui in eis nati sunt, ita sermocinari non possunt. Apostolus respondit: Totus mundus vnā sermocinationem omnium hominum habuisse cognoscitur, sed nata est præsumptio hominum omnium talis, quæ eos turrim tantæ magnitudinis facere hortaretur, vt cacumen eius peruenire ad cœlum. Hanc præsumptionem deus omnipotens hoc ordine repressit, vt nullus nullum posset sibi loquentem aduertere. Facta sunt ergo plurima linguarum genera, & diuisa est illa conspiratio, quæ vnam linguæ intelligentiam cōfistebat. Bona quidem voluntas, vt fieret turris, cuius cacumē peueniret ad cœlū, sed mala p̄sumptio, q̄ nō sanctis meritis ire volebat ad sancta. Veniēs autem filius dei omnipotentis, ostēdere volens, quo ordine ædificando perueniamus ad cœlos, nobis duodecim discipulis suis misit spiritū sanctū de cęlo cū sederemus in vno loco, & venit super vnumquęq; nostrum & in-

Matthæus multarum linguarum vsque ad prodigium peritus.

Dūdum olim vno fuisse sermone vsum, & modo vero linguarum facta sit confusio & diuersitas sacræ literæ tradunt. Geneseos ca. xi

Acto. 2.

& inflammati sumus, sicut ferrum inflammatur ab igne. Post hæc quũ à nobis pauor simul & splendor abcessisset, cœpimus varijs linguis loqui gẽtibus magnalia natiuitatis Christi, quo ordine sit natus vnigenitus filius dei, cuius originẽ ante secula nemo nouit, qualiter vero sit natus ex vtero virginis Mariæ, annuntiamus atq; intimamus vobis, & ab intacta virgine lactatus, & ablactatus, & enutritus, & eruditus, & baptizatus, & tentatus, & passus, & mortuus, & sepultus, & die tertia resurrexit, & in cœlos ascendit, & ad dexteram dei patris omnipotentis sedet, inde venturus, vt iudicet omne seculum per ignem. Non ergo, vt tu putas, istas quatuor, sed omniũ gentium linguas scimus nos duodecim discipuli eius, non mediocriter, sed perfecte, & ad quamcunq; gentem peruenire poterimus, loquelam eius perfecte cognoscimus. Nunc ergo ædificetur turris non lapidibus, sed de virtutibus Christi. Omnes qui baptizantur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, aperitur eis turris quam Christus struxit, & per ipsam tandiu ædificantes ascendent, vsq; quo ad cœlũ pertingant.

Hinc propheta, Generationẽ (inq̃t) eius, q̃s enarrabit? Esaiæ. 53

Apl̃i oẽs oĩm gentiũ linguas nouerunt.

Turris ad cœlũ alia, q̃ fuerit illa Babylonię

¶De duobus draconibus. Cap. III.

HAec & his similia multa quum mystico sermone dissereret apostolus, venit, qui diceret Magos illos cũ singulis draconibus aduenire. Dracones autem erãt galeati, flatus eorum flammiferum ardorem emanabat, sulphureas spargebant auras naribus, quorum odor homines interficiebat. Tunc consignans se Matthæus apostolus, securus cœpit exire. Prohibebat autem illum Candacis eunuchus clausis ostijs, dicens: Per fenestram si vis loquere Magis istis. Dicit ei apostolus: Tu mihi aperi, & per fenestrã, tu considera Magorum istorum audaciam. Aperiens autem apostolus ostium mox vt egressus est, ecce & illi duo Magi singulos dracones ante se habentes veniebant. Ilicò autem, vt venerunt, ambo dracones ante pedes apostoli obdormierũt. Tunc dicit apostolus Magis illis: Vbi est ars vestra? Si potestis, excitate eos. Ego autem si non rogassem dominum meum Iesum Christum, omnem furorem quem in me exacuissetis, in vos retorquerẽt. Sed quousq; omnis populus cõueniat, hi dormiunt. Et quia nullus accedere huc ausus est, ego excitabo

Quales fuerit magi cum draconibus.

Miraculum a diuo Matth. fit in draconibus sopitis.

tabo eos & iubebo redire ad locũ suũ cum omni mansuetudine. Conabantur ergo arte sua Magi illi excitare eos, & penitus non poterant, neq; oculos aperire, neq; penitus cõmouere se. Rogabant aũt populi, dicẽtes apostolo: Rogamus te domine, vt liberes populum & ciuitatem ab his bestijs. Dicit eis apostolus: Nolite timere, ego eos faciam hinc cum omni mãsuetudine abcedere. Et conuersus ad dracones, dixit: In nomine domini mei Iesu Christi, qui conceptus est ex spũ sancto & natus ex Maria virgine, quem tradidit Iudas pharisæis, & illi eum crucifixerunt, qui post crucẽ sepultus, tertia die resurrexit à mortuis, & cõuersatus nobiscũ per quadraginta dies docuit nos ea quæ ante passionẽ docuerat, cõmemorans vniuersa, quæ dixerat, post quadraginta vero dies videntibus nobis, ascendit ad cœlos, & sedet in dextera dei patris, inde venturus est iudicare viuos & mortuos, in ipsius nomine & virtute suscitamini, & cum omni mansuetudine redite ad loca vestra, ita vt nullum contingatis, nullum læ datis, neq; hominem, neq; quadrupedem, neq; volucrem. Ad hanc vocem eleuantes caput serpentes, cœperunt ire, atq; apertis portis vrbis egressi, nusquam coparuerunt. Tunc omni populo beatus apostolus Matthæus ita loquutus est: Audite omnes fratres & filij, q vultis liberare animas vestras à diabolo. Propter vestram salutem misit me deus ad vos, vt relicta vanitate idolorum, ad ipsum conuertamini, qui vos creauit. Deus autem quando fecit hominem primum, posuit eum in paradisum deliciarũ cum vxore sua, quam de costa eius fecerat. Paradisus autem deliciarum eminet omnibus montibus, & vicinus est cœlo, non habet aliquid in se, quod possit esse saluti hominis inimicum, nõ aues terrentur ad sonitum hominis & aspectum, non spinæ nascuntur & tribuli, non rosæ marcescunt, non lilia. Non aliqui ibi pereunt flores, non anni senectutem generant ætatibus, non labor fatigationibus subiacet, non infirmitas aliqua sanitati succedit. Tristitia & fletus & mors ibi penitus locum non habent, auræ enim quæ ibi sunt blandiuntur potius quàm perflant, & æternitatem naribus inferunt. Nã sicut thymiamæ fumus excludit putores, ita nares ibi vitam æternam aspirant, quæ non permittit hominem, nec fatigationem incurre

Matt. 1. 26. 27
Marci. 14. 15
Lucæ. 1. 23. 24
Johan. 18. 19
Act. 1. 2

Epilogus articulorũ Christianæ fidei.

Oratio diui Matthæi ad populũ de fide sancta recte capienda.

Gene. 2. 3

Qualis sit paradisus, & cuius naturæ, & quo sita loco.

Apo. 7. 21.

currere, nec dolorē, sed semper æqualē, semper iuuenē, semp̄ lætū, semper immobilē permanere. Sonant ibi organa angelorꝝ, & voces mellifluæ auribus inferuntur. Serpens ibi locum non habet, non scorpio, nec spalangus, non musca aliqua saluti hominis inimica. Famulantur ibi hominibus leones & tygrides & pardi, & quicquid iusserit homo auibus aut feris, quasi charissimo dilecto dei obtemperant cum reuerentia iussioni eius. Quatuor quoq; flumina inde fluunt. Vnus fluuius dicitur Geon, secūdus Physon, tertius Tigris, & quartus Euphrates. Hi omnium genere piscium pleni. Nullus ibi est latratus canum, nullus leonum rugitus. Omnia ibi blanda sunt, omnia mansueta, omnia quieta. Nunquam ibi facies cœli nubium tegminibus obumbratur, nunquam ibi fulgura choruscant, nunquam tonitrua concrepant, sed ibi est exultatio sine fine & festiuitas, quæ terminum nō habet. Quare autem ante paululum memorauerim, quod ibi serpens penitus non sit, per ipsum enim angelus inuidiæ suæ liuorem exercuit, & ita maledictus est, vt in loco benedicto maledictus esse non possit, Liuor in angelo hinc natus est, quod vidit imaginem dei in homine extitisse, & qūo homini possibile erat in hac regione beata, vt cum cunctis animantibus loqueretur, hinc angelus, qui ex se concepit inuidiam, per potentiam angelicam serpentem ingressus, suasit vxori Adæ, vt de pomo arboris manducaret, quod deus fieri sub interminatione mortis prohibuerat. Post hæc & iam vxor seduxit virum. Quūq; ambo præuaricatores existerent, huc in istam terram exiliati sunt, proiecti de regiōe vitæ in regionem mortis, ipse vero author sceleris simul in serpente inuentus, maledictionem æternam suscepit. Nunc vero ipse dei filius, qui præcepto patris sui mundum fecit, qui pro nostra fragilitate dignatus est hominis assumere personam, non amittens suam deitatem, hic ergo homo CHRISTVS Iesus recuperauit illum hominem, & vicit diabolum, patiendo crucem, irrisiones, insultationes, vicit & iam mortem moriendo, vt paradisum resurgendo aperiret. Nam vt nulli sit dubium, illic omnes Christo credentes, intrare, primo latronem ipsum Christus induxit, qui in ligno crucis positus, lignū pręuaricationis excussit,

Sacra q̄.ꝫ scriptura facit mētionē paradisi deliciaꝝ, dicēs, Plātauerat āt dñs deus paradisum voluptatis a p̄ncipio ꝛc vide l.brū Gene. cap 2. vbi et graphice describuntur flumia paradisi.

Quare sathan homini factus sit inuidiosus. Gene. 3

De hoc int̄ cæteros videatur Euāgelista Johā in suo euāgelio, vnde cæteri Euangelistæ haudquaq̄ dissentiunt. Luc. 23

Dixit ad latronē dñs Amen dico tibi, hodie micū eris ī par.

& interim paradiſum animabus de hoc corpore exeuntibus aperuit ſanctis, in die aũt nouiſſima reſurgentibus, & iam regna cœleſtia vt intrare valeant patefecit. Iam modo, qui vult à morte ad vitam currat, & ad paradiſum redeat. Vnde patet noſter carnalis Adam foras miſſus, in iſto nos omnes generauit exilio. Aperuit nobis dominus paradiſi ianuas, vt ad patriam illam reuertamur, in qua mors locum non habet, in qua iuge gaudium perſeuerat.

Rhoma. ſ Chriſtus paſſione ſua cœlum aperuit.

¶De filio regis ſuſcitato. Cap. IIII.

CVm hæc & his ſimilia loqueretur apl'us, ecce tumultus luctuoſus ſubito ortus eſt, in quo regis filius mortuus plãgeret, ad cuius funus ſtabãt Magi. Qui quũ nõ poſſent ſuſcitare eũ, ſuadebãt regi, hũc à dñis raptũ in collegio, vt ſit vnus ex dñis, cui oportet ſimulachrũ fabricari & templũ. Tunc ingreſſus Candacis eunuchus ad regẽ dixit: Iſtos Magos iube cuſtodiri, & roga, vt veniat apoſtolus dei Matthæus, & ſi ipſe ſuſcitauerit eũ, iube illos viuos incendi, quia omnia mala per ipſos in ciuitate veſtra eueniunt. Tunc miſſi ſunt per Candacem eunuchum honorati viri à latere regis, qui rogantes apoſtolũ, cum honore introduxerunt eũ ad regem. Ingrediente autẽ Matthæo apoſtolo, proſtrauit ſe Eupheniſia regina Aethiopum ad genua eius, & dixit: Agnoui te apoſtolũ à deo miſſum pro ſalute hominũ, & eius diſcipulum eſſe qui mortuos ſuſcitabat, & ægritudines ab hominibus ſuo repellebat imperio. Nunc ergo veni, & inuoca eius nomẽ ſuper defunctũ filiũ meũ, & credo q̃ ſi hoc feceris, reuiuiſcat. Dicit ei apl'us: Adhuc prædicationẽ dñi mei Ieſu Chriſti ex ore meo nõ audiſti, & dicis, credo? Ideo q̃ ſcias tibi filiũ tuũ reddi. Ingreſſus aũt apl'us, expandit manus ſuas ad cœlum, & dixit: Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob, q̃ ad reſtaurationẽ noſtrã vnigenitũ filiũ tuũ de cœlo ad terras miſiſti, qui nos ab errore cõuerteret, & te nobis verũ dominum demonſtraret. Memor eſto dicti dñi noſtri Ieſu Chriſti filij tui, Amen dico vobis, quia omnia quæ in nomine meo petieritis à patre meo, dabit vobis, vt cognoſcant gẽtes, q̃a præter te nõ eſt alius omnipotẽs, & vera aſſertio oris mei, excitetur puer iſte. Et apprehendens manum defuncti, ait: In nomi-

Enquanta erga apoſtolum Matthæũ reuerentia.

Oratio dñi Matthæi ad deũ p̃ mortuo ſuſcitãdo, quez virtute Ieſu Chriſti reſuſcitauit.

Mat. 6. 21. Marc. 11. Ioh. 16

ne

ne domini mei Iesu Christi crucifixi, exurge Eufronon. Et confestim surrexit puer. Ad hoc factum expauit cor regis, & statim iussit deferre ei coronas, & purpuram, & præcones misit per ciuitatem, & per diuersas prouincias Aethiopiæ, dicentes: Venite ad ciuitatem, & videte deum in effigie hominis latitantem. Cũq; veniisset omnis multitudo cum cereis, & lampadibus, & timiamate, & diuersorum sacrificiorũ ritu sanctus Matthæus hac voce omnes alloquitur. Ego deus nõ sum, sed sum seruus domini mei Iesu Christi filij dei omnipotentis, qui me misit ad vos, vt relicto errore simulachrorum vestrorum ad verum deum conuertamini. Quod si me hominem similẽ vobis putatis deum, quanto magis hunc deum debetis credere, cuius me seruum esse confiteor, in cuius nomine ego mortuum hunc regis filium excitaui? Et nunc omnes qui capaces tam euidentissime rationis estis, aurum & coronas aureas, & argentum ab oculis meis tollite, & ite, & templum domino fabricate, vt ibi congregemini ad audiendum verbum domini. Quo audito, intra triginta dies, quadraginta milia hominum fabricantes sanctam ecclesiam consummauerunt. Et vocauit nomen ecclesiæ Matthæus resurrectio, quomodo per resurrectionem occasio ædificationis extiterat. Sedit autem in hac ecclesia Matthæus Apostolus, annis viginti tribus & constituit presbyteros & diacones, & per ciuitates & castella ordinauit episcopos, & multas fabricauit ecclesias. Baptizatus est rex Eglyppus, & regina Euphenisia, & filius eius qui suscitatus est Eufronon, & filia eius Ephigenia baptizata est virgo Christi permanens.

Matthæ⁹ summa cum humilitate fatetur se esse Iesu famulũ, deũ vero se esse pernegat.

Templum deo constituitur ob audiendum ibi verbum domini.

Ciplo nomen inditur resurrectio.

Dimis Matthæus ordinat episcopos.

¶De Ephigenia religiosa. Ca. V.

MAgi vero timentes, fugerũt ad Persas. Et quomodo longum est enarrare, quanti cæci illuminati, quanti paralytici curati, quanti à dæmonibus liberati, quanti etiam mortui suscitati, quàm Christianissimus fuit rex, quàm gloriosissima eius coniunx, quàm deuotus omnis exercitus, quomodo oñia simulachra, omnia templa destructa, hæc oñia propter nimietatẽ (vt dixi) præteriens, quo ordine passionem sanctam celebrauerit retexamus. Rex Eglyppus senectute expleta, perrexit ad dominũ,

& accepit Hyrtacus ex Adelphis imperium eius. Hic cum vellet accipere Ephigeniam filiã eius id est defuncti regis Eglypi vxorem iam Christo dedicatam, & quæ sacrum velamen acceperat de manu Apostoli, & quæ erat iam præposita virginum, amplius quàm ducentarum, sperabat Hyrtacus quod per Apostolum posset eius animũ commouere. Cœpit ergo cum sancto Matthæo agere, dicens: Dimidium regni mei accipe, tantum vt Ephigeniam possim meo matrimonio copulare. Cui beatus Apostolus ait: Iuxta bonũ propositum præcessoris tui regis, qui oñi die sabbato conueniebat, vbi verbũ dei prædicabam, illic iube conuenire vniuersas virgines, quæ cum ea sunt, simul cum ipa, & audies in populo quanta bona de bono cõiugio loquar, qũo satis deo accepta sunt sancta cõiugia. Quo audito Hyrtacus gratulatus est, & iussit cõgregationi illic interesse etiã Ephigeniã, quasi auditurã ex ore Apli, vt cõiunx fieri Hyrtaci cõsentiret. Facto aũt in cõgregatione magno silentio, aperiens Aplus os suũ dixit: Audite sermonẽ meũ oñes filij ecclesiæ. Audite & intelligite oñia, quæ audistis, vt maneãt scripta in cordibus vestris. Deus noster nuptias benedixit, & ipe pmisit amorẽ corporibus dñari in sensibus carnis, ad hoc vt vir diligat vxorem suam, & mulier diligat virum suum. Ecce enim vidimus frequẽter eueniss̃e, vt vxor virum suum execretur vsque ad interitum, cum sit carnis tanta charitas, vt stimulet mentis incessum. Quid si non esset iste stimulus amoris in carne concessus? Hic stimulus si cum timorẽ dei vsum suum exhibeat, & amore filiorum vir mulierem accipiat, & mulier virum, ita tamen vt mulier alterũ virum penitus nesciat, similiter & vir omnino alteram fœminam perhorrescat. Dei em̃ regula custodita coniuges à sorde commixtionis emundat. Sordes enim sunt corporũ, quę à deo lauant per eleemosynas, & opa misericordiæ, nõ crimina quę lauant per lachrymas pœnitendo. Coniugiũ ergo cõmixtionis pollutionẽ habet, sicut & iã diuersarũ carniũ, q̃ & si pollutionẽ habet, crimen nõ habet. Deniq; diebus certis siue quadragesimę siue legitimorũ ieiuniorũ temporibus tã ab edacitate carnium q̃ à cõmixtione corporũ qui nõ abstinuerit, non pollutionem solam, sed etiam crimen incurrit. Neq; enim manducare crimen ẽ

Puellę se christo per virginitatem vouent.

Oratio diui Matthæi ad populum longe pulc. de cõiugio

Gene. 1. 2
Matth. 19
Marc. 10
Ephe. 5
Coloss. 3.

Stimulus carnis

Coniugiũ p se crimẽ nõ habet

Aliq̃ p se mala nõ st̃, is nã culpa fiunt mala, quẽadmodũ et Paul⁹ apto sentit ad Rho. 14. & Cor. 7. 8

men est, sed incõgrue manducare pctm̃ est & crimen. Deniq; si aliqs prius cibum carnalem accipiat, & postea ipo die, quo iam cibo carnali refectus est, cibum spiritalem præsumat, ex vtroq; cibo reus criminis & inhonestatis & præsumptionis, efficitur. Non ideo quia manducauit, sed quia contra ordinẽ, & contra iustitiam, & contra regulam dei cibo carnali prius refectus, postea spiritali pastus est, nõ ergo reum facit aliqua operatio hominem, sed irrationabilitas eius operis sui dãnat authorem. * Denique & homicidas sæpe videmus statuas & imagines adorare, homicidam vtiq; qui hominem pacis inimicum aut barbarũ aut latronem occiderit, non ibi iam, quia hoc homicidium bonum est, erit bonum homicidium hominis innocentis. Frequenter etiam & mendacium cum per naturam suam malum sit, bonum fieri videtur ex causa. Nam si te ab inimico tuo, volente te percutere, possis aliqua ratione abscondere, & ille omnino, vbinam deueneris quærat, tu non solum negare, sed etiam periurare vis, duo quidem mala sunt mendacij & periurij, & vtraq; mala bonum prorumpere probantur in fructum. Deus autem non arte nostri operis circumscribitur, quasi vt dicas, iudicium eius timui, ideo hominem tradidi, aut si dicas propter eum perdidi nummũ æris, ideo damnũ immensi ponderis auri incurri, † non enim sunt aliqua opera sic mala, vt per naturam mala sint, sed propter intemperãtiam. Nam si præsumat sacramentorum mysteria sumere is, qui nondum est cœlesti vnda perfusus, rem bonam conuertit in crimen, & inde reatũ æternũ pœnæ incurrit, vnde à reatu æterno potuerat liberari, * ita & nuptiæ bonũ cum à deo benedicatur, cõiugia à deo sanctificentur ac per sacerdotem benedictionis à deo specialiter consecrentur videntur aliquibus aliquam habere diuinæ indignatõis offensam. Hæc dicente sancto Matthæo apostolo erat Hyrtacus clamosis laudibus cum suis comitibus pstrepebat, existimãs eum hæc ideo dicere, vt animum Ephigeniæ, ad eius coniugium inclinaret. Sed postquàm diutissimè clamatum est in eius laude sermonem repetijt, factoq; silentio Apostolus Christi dixit: Videte filioli & fratres, inquantum noster sermo proruperit, vt etiam homicidium bonum posse fieri probaremus.

Cum

* Vnde Aqlla dr. Nõ sufficit occisum, sed ois iniuria id eẽ factũ Iniuria po hic dr, q nõ iure, sed cõtra ius fit. Hiebo mirida verus ẽ q culpa q̃dã occidit. Eapropt lex aqlia cessat, si q̃s in colluctatiõe vt in Pancratio, alĩ aliũ occiderit, sic dẽ liceat i publico certamine aliũ occidere aliũ qs gllę cõ et brutę non in urie grã dãnũ videt d. ãb tũ Sed hac de re fusi⁹ egimus in li. Cẽturiar et in lib. Paratitlor, Iurisco fuit. &c in L. Si seruus. L. Qua actiõe §. Si ds. ff. Ad leg. Aquil.

† Quę p se bona sũt p nostrã i tẽperantiam fiunt mala.

* Ondierto nuptiæ per sacerdotẽ, nõ res est nuper inuenta.

† Res aliqua fit mala ex causa, quæ natura est bona

Hester.7
Judith.13
1.Regum.17.
Judicum.4
Psalm.82

Cum hic occidit, qui si non esset ipse solus occisus nocens, multos occideret innocẽtes, sicut est occisus Golias, sicut est occisus Sisara, sicut est occisus Aman, sicut est truncatus Holofernes, sicut sunt occisi qui vestris sedibus & regnis inimicabantur, sicut ergo & matrimonio diu copulantur boni operis honestate ornantur, si sanctè & iustè & integrè & irreprehensibiliter copulentur. Nam si hodie desponsatam regis vsurpare audeas, non solum offensam, sed etiam crimen tam grande incurrisse dinoscitur, vt merito viuens tradatur flammarum incendijs, non ideo quia duxit vxorem, sed quia despõsatam regis sui accepisset, vt se melioraſſet, vel certè sui domini matrimonio vsurpare studuisset. Ita & tu o fili charissime rex Hyrtace, sciens Ephigeniam filiam regis decessoris tui, sponsam regis cœlestis effectam, & sacro velamine consecratam, quomodo poteris sponsam potentioris tui tollere, & tuo matrimonio copulare? Ad hũc sermonem Hyrtacus rex qui per singulas dictõesApli laudator extiterit ira accensus abscessit.

Quomodo cõiugia sint bona et mala.

Contra eos, q̃ nostris temporibus cõtra catholicæ ecclesiæ leges duxerunt monialeꝫ ex cœnobijs

¶De passione apostoli Matthæi. Ca. VI.

Pijssima diui Matthæi ad regẽ oratio de discrimie inter regem cœlestẽ et terrenum

APostolus autem intrepidus & constãs, eo magis alacrior prosecutus est, dicens: Audite me, qui timetis deum. Rex terrenus pauci temporis dominationẽ habere cognoscitur, rex autem cœlestis æternum imperium tenet, & sicut inenarrabilia gaudia habere facit eos qui fidem suam ipsi custodiunt, ita inenarrabilia tormenta irrogat eis qui à fide eius, & sanctitate discedunt. Quod si timẽda est ira regis, cuius magis ira timenda est quàm dei? Nam iram hominis siue supplicijs, siue ignibus, siue ferro coerceat, in tormenta temporum definit, ira autem dei, æternas gehennæ peccantibus flammas accendit. Vnde dominus & magister veritatis Iesus Christus præscius futurorum dixit. Apud reges stabitis, qui cum flagellauerint, aut occiderint vos, post hæc non habent quid faciant. Et ideo dico vobis, ne timueritis eos, illum autem timete, qui postquàm occiderit, potestatem habet perdere, & in gehennam mittere. Dico vobis, hũc timete. Tunc Ephigenia prostrauit se coram omni populo ad pedes apostoli Matthæi, & dixit: Obsecro te per ipsum, cuius Apostolus es, vt imponas super omnes has virgines manus,

Matth.10.
Lucæ.12.

Ephigenia vestalis

vt per

vt per verbum tuũ sint dño consecratæ, vt possimus euadere minas huius, qui adhuc viuẽte patre meo & matre multa minabat, & multis minis terrebat, multisq; muneribus inuitabat Si hoc viuẽtibus illis audebat, qd modo factuꝝ putas? Tunc apl'us confidentiã agens in deũ suũ, & penitus nõ timens Hyrtacũ, imponẽs velamen sup caput eius, & sup capita omnium virginũ quæ cũ eo erant, hanc benedictionẽ dixit: Deus plasmator corpoꝝ, afflator animaꝝ, qui nunq̃ spernis ætatẽ, non sexum reprobas, nõ vllã cõditionẽ gratiæ tuæ ducis indignã, sed omniũ æqualis creator es & redẽptor, tu has famulas tuas, quas ex omni numero gregis bonus pastor eligere, atq; ad seruandã, coronandãq; perpetuæ virginitatis castimoniã animare dignatus es, tuæ protectionis scuto circũtege, & ad omne opus virtutis tuæ & gloria magistrãte sapientia præpara, vt vincẽtes carnis illecebras, & licita cõnubia recusantes, insolubilẽ filij tui dñi nostri Iesu Christi copulam mereant. His petimus dñe arma suggeras, nõ carnalia, sed spũs virtute potentia, vt te muniente eaꝝ sensus & mẽbra, in eaꝝ corpore nõ possit dominari peccatũ, atq; sub tua gratia viuentibus nihil sibi defensor maloꝝ, & inimicus bonoꝝ, de his vasis iã tuo noĩe cõsecratis p̃ualeat vẽdicare. Omnẽ ergo genuinũ calorẽ imber gratiæ cœlestis extinguat, lumẽ vero ꝑpetuæ castitatis accẽdat, faciẽ scandali pudica nõ paueat, nec incautis occasionẽ tribuat negligentia delinquẽdi, sitq; in eis cauta virginitas, & ornata pariter, & armata fide ĩtegra, spe certa, charitate syncera, vt p̃paratis animis ad continentiã, virtus tanta præstet, quæ superet diaboli vniuersa figmẽta, atq; contemnendo p̃sentia, futura sectent, ieiunia epulis carnalibus præferant, & lectiones sacras cõuiuijs & potationibus anteponant, vt orationibus pastæ, & eruditionibus expletæ, illuminatæ vigilijs, opus gratiæ virginalis exerceant. His virtutũ armis has famulas tuas interius, exteriusq; cõmuniens, præstetur inoffensum cursum virginitatis implere, ꝑ ip̃m dñm Iesum Christũ redemptorẽ animaꝝ nostraꝝ, cum quo est deo patri honor & gloria in spũ sancto, & nũc & semꝑ & ꝑ immortalia secula seculoꝝ. Quũq; oẽs respondissent, Amen, & mysteria dñi celebrata fuissent, & missam suscepisset om̃is ecclesia, reti-

Oratio diui Matthæi ad deũ, qua ille virgines cõsecrat vestales, quas monachas nũc aut moniales appellamus. Haud est igitur res vel noua vl' cõficta cõsecratio virginum.

Oratio p̃issima pro oib; ad votũ viuere volẽtib; cuiusmõi p̃cipue sunt in cœnobijs degẽtes.

Rñdet. Amen

Corpus Chri a diuo Matt. confectum.

nuit se sanctus Matthæus iuxta altare, vbi corpus ab eo fuerat Christi confectũ, vt illic martyriũ apostolicũ expectauit. Nã expansis manibus orantẽ, spiculator missus ab Hyrtaco à tergo puncti ictu gladij feriens apl'm dei, Christi martyrẽ fecit. Quo audito, omnis populus ad palacium cum igne pergebat. Cui furenti populo occurrerũt oẽs presbyteri, & oẽs diacones, & oẽs clerici, & oẽs religiosi viri, simul cũ discipulis sancti Matthæi apostoli, dicẽtes: Nolite frẽs cõtra præceptũ dñi agere. Nã Petrus apl'us arrepto gladio, amputauit auriculam cuiusdã Malchi, q dñm tenebat cũ turbis, & ne videret Iesus vicẽ repẽdere læsionis, iussit ipsam auriculã amputatam loco suo reponi, & reposita, ab apl'o solidata est. Et dixit dñs sancto Petro apl'o: Nunquid si velim nõ mihi exhibebit pr̃ meus plusq̃ duodecim millia legiones angelorũ? Celebremus ergo oẽs cũ gaudio martyriũ apostoli Matthæi, & quod dominus ordinare voluerit, expectemus.

Matthæus apostolus ictu gladij retrorsum occiditur.

Dat. 26 Iobã. 18 Argumentum nos nõ debere iniurias nobilitatas vindicare sed patienter ferre, qm̃ dns dixerit. Mihi vindictã & ego retribuã, vt patet Deut. 32. et repetit apl's capite ad Rhoim. 12

¶De monasterio Ephigeniæ. Cap. VII.

EPhigenia aũt sacratissima virgo Chri, quicqd in auro & argẽto & gẽmis p̃tiosis habere potuit, oĩa contulit sacerdotibus & omni clero, dicens: Posteaq̃ dignam apl'o Chri fabricaueritis basilicã, quicquid superfuerit pauperibus erogabitis. Me aũt oportet certamẽ habere cum Hyrtaco. Factũ est aũt post hæc, secundũ verbũ Ephigeniæ oĩm nobiliũ vxores fecit venire ad eã, sperãs se q̃ aliqua ratione possit ad eius puenire cõsensum. Qđ quũ penitus nõ posset facere, cõuocauit Magos, vt ad dæmonũ illã ministeria raperẽt. Qđ quũ nulla possent rõne facere, fecit circũdari igne p̃toriũ, in q̃ cũ virginibus Chri cõmanens, deo suo die, noctuq̃ famulabat. Sed quũ per circuitũ ignis arderet, apparuit angelus dñi cum sancto Matthæo apl'o, & dixit: Ephigenia firma esto, & noli timere hos ignes. Ad illũ em̃ à q̃ tibi sunt suppositi, reuertent. Igit quũ p gyrũ p̃torij S. Ephigeniæ flãma perstreperet, excitauit deus ventũ validissimũ, & mutauit omne illud incendiũ à domo virginis suæ Ephigeniæ, & ita cõsumpsit palaciũ Hyrtaci regis, vt nõ inde potuerit aliquid ex facultatibus liberari. Ipse aũt Hyrtacus cum filio suo vnico vix euasit, sed melius illi fuerat incendio interisse.

Ephigenia oĩa sua bona tpalia clero largit ad cõstruẽda tẽpla & pauperibꝰ distribuenda.

Grande miraculum.

¶De

¶De filio & interitu Hyrtaci ac successore eius, qui fuit frater Ephigeniæ. Cap. VIII.

NAm filiũ eius vehemẽtissimus dęmon impleuit, qui illũ cursu rapidissimo ad apostoli Matthæi sepulturã adducẽs, à tergo manibus ab ipso diabolo colligatis, cõfiteri eũ paterna crimina cõpellebat. Ip̃m aũt Hyrtacum elephãtiæ vulnera, à capite vsq; ad pedes vltimos repleuerant. Quod quum medici curare non possent, ip̃e in se gladium imponens occubuit, vt quũ à tergo apostolum domini patefecit, ipse arrepto gladio seipsum stomacho perforaret. Omnis autem populus insultans morti eius aptissime vsus est. Et comprehendit omnis exercitus fratrem Ephigeniæ, nomine Beor, qui per Ephigeniam germanam suam de manu apostoli Matthæi fuerat gratiam domini consequutus Hic quũ esset iuuenis, vicesimoquinto ætatis suæ anno cœpit regnare, & regnauit per annos. xliij. Facti sunt aũt omnes anni eius quibus vixit. lxxxiij. & se viuente constituit vnum filiũ suum ducem omnis exercitus, alterum vero regem, & vidit filios filiorꝝ suorum vsq; ad quartam generationem, & habuit pacem firmissimam cum Rhomanis & Persis. Omnes autem prouinciæ Aethiopum ecclesiis repletæ catholicis, vsq; in hodiernũ diem, per Ephigeniam benedicunt deum, & fiunt mirabilia magna ad confessionem beati Matthæi apostoli, qui prius Hebræo sermone scripsit euangelium domini nostri Iesu Christi, cum quo est deo patri honor & gloria cum spũ sancto paracleto, & nunc & semper & per infinita seculorum secula. Amen. Zaroes aũt & Arfaxar, illi duo Magi, ab ea hora, qua suscitauit apostolus Matthæus in nomine domini nostri Iesu Christi filium regis mortuum, fugientes ab Aethiopia in Persidem deuoluti sunt regionem, nihilominus illic peiora facientes. Sed (sicut præfati sumus) quia deo cura est de hominibus, & homo illi est charum animal, si seipsum non vilem facit negligendo missi sunt ad Persidem sancti apostoli, Iudas Zelotes & Symon Cananæus, qui qualiter cum eis conflixerint & superauerint in dei nomine, sequens libellus ostendit.

Vindicat deus morte diui matthæi apostoli.

Elephãtia, passio corporis plane nefanda, genus est lepræ sic dici cœpta, qm̃ sic eos, q̃ h̃ laborãt morbo, inflat vt pedes elephantorꝝ h̃re videantur. Estq; hic morbꝰ ꝑ totum corpus, vt cancer per partes corporis.

Aethiopia catholicis passim replet ecclesijs & fiũt vbiq; locorũ miracula pro cõfirmãda diui Matthæi sanctitate

De Matthei ꝟo euãg°, q̃. s. ratione cõpulsus, et vbi & qñ et q̃ ideomate i^e id ip̃m conscripserit abũde reperies i nostra in eiusdẽ euang^m Metaphrasi, siq̃dẽ hic nõ sit locus oino vel meminisse vel dicere.

¶Explicit passio sancti Matthæi apostoli.

¶Incipiunt capitula in passionē S. apl'oꝝ Symonis & Iudæ.
¶De duobus Magis. Cap. 1.
¶De Vvaradach duce. 2
¶De diuersis Magorum maleficijs 3
¶De crimine diaconi innocentis 4
¶De sagitta à geniculo ducis euulsa. 5
¶De duobus Tigridibus mansuefactis 6
¶De passiōe apl'oꝝ & interitu Magoꝝ. 7

Hic nolim te lateat lector eū q̄ hic d̄r Iudas alio nore appellari Lebbæū, q̄ ꝛ cognominat' est Thaddeus Ita eīn alibi in Mat. legit' grece, Λεββαιος ὁ ἐπικληθεὶς θαδδαῖος.

Ipse ꝑo Symon apl'us cognoiatus ē Cananites siue cananæus a Cana vico Galilęæ, nō Chananæus a terra Chanaā, vt fusius dictū est a nobis in Metaphrasi.

Matt. 10

Magorū impietas et blasphemia.

PASSIO SANCTORVM APOSTOLORVM SYMONIS ET IVDAE.

SYMON itaq; Cananæus & Iudas Zelotes apostoli dñi nostri Iesu Christi, quū per reuelationē spūs sancti Persidā fuissent ingressi regionē, inuenerūt ibi duos Magos, Zaroen & Arfaxar, q à facie sancti Matthæi apostoli de Aethiopia fugerāt. Erat aūt doctrina eoꝝ praua, ita vt deum Abrahā & deū Isaac & deum Iacob blasphemantes, deum dicerent tenebraꝝ, Moysen dicerent maleficū. Omnes prophetas dei à tenebraꝝ deo missos assererēt, animā hoīs dei partē habere dicentes. Corporis vero figmentū à deo malefactū, & ideo contrarijs sibimet, diuersisq; substātijs, in q̄bus lætat' caro, anima cōtristat', & in q̄bus exultat anima, corpus affligitur, solem & lunā deoꝝ numero applicantes, aquā simul & deitatē habere docebāt, dei aūt filiū dñm nostrū Iesum Christū phantasma fuisse, nec veꝝ hominē ex vera virgine natū, nec tentatū, nec vere passum, nec vere sepultum, nec vere tertia die resurrexisse à mortuis affirmabant. Hac prædicatione polluti Persides, post Zaroen & Arfaxar, magnum meruerunt inuenire doctorem per beatos apostolos, Symonem & Iudam, id est dominum Iesum Christum, qui se diceret spiritū sanctum de cœlo missuꝝ, iuxta promissum, dicentis: Vado ad patrem & mitto vobis spm̄ sanctum paracletum.

Quæ tū manifeste perdocet euangelium

¶De

¶De VVaradach duce. Cap. II.

SAncti itaq; Apostoli Iudas Zelotes & Symon Cananæus, cum ingressi essent Persidem, occurrit eis profecto VVaradach dux regis Babylonis, cui nomen erat Xerxes. Hic autem contra Indos qui fines Persidis inuaserant, susceperat bellum. In comitatu autem eius erant sacrificatores, & arioli, & magi, & incantatores, qui per singulas manſiones sacrificantes dæmonijs dabant responsa fallaciæ suæ, illa autem die concidentes se, & sanguinem suum effundentes, nullum penitus dare potuere responsum. Perrexerunt autem ad fanũ vicinæ ciuitatis, & illic consulentes dæmonia, dedit mugitum dæmon & dixit: Dij qui vobiscũ comitabantur euntibus ad prælium, non possunt vobis dare responsa, quia Apostoli dei ibi sint. Vnus dicitur Symon, alius Iudas. Isti autem tantam virtutem cõsecuti sunt à deo, vt nullus deus audeat illis ꝓsentibus eloq. Tũc VVaradach dux exercitus regis Xerxis fecit eos inquiri. Quos cum inuenissent, cœpit ab eis quærere, vñ eẽnt aut q essent, aut quare venissent illuc? Cui sanctus Symon Apostolus ait: Si genus quæris Hebræi sumus, si conditionem quæris, serui sumus Iesu Christi, si causam quæris, salutis vestræ causa venimus, vt relicto errore simulachrorum, deum qui in cœlis est possitis agnoscere, & agnitum colere, & colendo eum adorare. Cui respondens VVaradach dux, dixit: Nunc interim ad prælium vado Indorum quod proposuerunt inuadentes fines Persidis & Mœdorum auxilia secũ contra nos promouerũt, & nõ est opportunum mihi, vt de his discutiam, cum vero felix fuerit reuertẽdo successus, audiam vos. Dicit ei sanctus Iudas: Modo magis congruum est te cognoscere illum, cuius ope & auxilio possis victor existere, vel certe eos qui rebelles existũt pacatissimos inuenire. Dicit ei VVaradach dux: Quomodo audio deos nostros non esse ausos corã vobis positis nobis dare responsum? vos nobis futura prędicite, vt quos belli exitus habituri simus possim scire. Dicit ei Symon apostolus: Vt cognoscas errorẽ horum quos putas tibi futura prædicere, damus illis potestatem respondendi tibi, vt dum dixerint, quæ ignorant, probemus eos per omnia fuisse mentitos. Dicit ei VVaradach dux:

Ordinata Symonis ad Waradach risio. Esa. 66

Judæ interfectio ad ducem

Oratio præmittit ab Apostolis

Oraculum dæmoniorum falsum

Verum Apostolorum oraculum.

Vtinam possit fieri, vt interrogati loquãtur. Dicunt ei ambo Apostoli: Modicum sustine, & iubebimus demonijs loqui. Cunq; orationem fudissent, ad dominum, dixerunt: In nomine domini nostri Iesu præcipimus, vt more solito detis respõsa, his qui vos interrogare consuerant. Ad hanc vocem cœperunt Phanatici eorum arripi & dicere, grande bellum futurũ esse, & ex vtraq; parte posse intercipi præliantes. Tunc Apostoli dei ex abundãtia lætitiæ & iam in risum excitati sunt. Dicit eis VVaradach dux: Me timor inuasit, & vos ridetis? Dicunt ei Apostoli: Cesset timor tuus, qũo in ingressu nr̃o pax nobiscum intrauit in istam prouinciã. Nam hodie intermitte profectionem, & crastina die, hac hota, id est, tertia, veniẽt ad te quos præmisisti cum legatis Indoꝝ, qui vobis terras inuasas restitutas imperio vestro nuntiabunt, & solitis tributis additum referent & paci vestræ ad quascũq; conditiones volueritis gratanter consentientes, pactum firmissimũ stabiliẽt. Simili modo pontifices risum leuauerunt, dicentes: Domine dux, noli credere istis hominibus vanis, mendacibus, aduenis & ignotis, qui ideo talia loquunt, vt non teneantur quasi exploratores. Isti autem dñi qui nunquàm fallunt, dederunt tibi responsum, vt sis cautus & solicitus, isti autem volunt te reddere securum, vt dum minus cautus fueris, possis ex improuiso acrius laborare. Respondens sanctus Symon Apostolus Christi dixit: Audi me dux: Nos aduenæ & ignoti & mendacissimi, nõ tibi diximus expecta vnum mensem, sed diximus, expecta vnum diem, & crastina die mane circa horam tertiã, prædiximus venturos esse, qui pactum ferant, consentientes hoc, vt sint tributarij Persarum amplius quàm fuisse noscuntur. Cœperunt & iam pontifices insanire in eos, dicentes: Inter aureas & gemmatas, inter purpuras & auro textas vestes, inter pateras, & byssum, & sericum, & omnem gloriam Babylonij regni dñi nostri splendidi diuinitatis suæ responsa dantes, dicunt mentiri posse, quod blasphemum capiti eorum redundari debet. Et isti pannosi & personam nullam habentes, quos videre vel audire iniuria est, hos domine dux in iniuriam deorum non punis? Respondit dux, & dixit: Hoc est, magnum, quod aduenæ, & pauperes, & ignoti, cum tanta cõ

stan-

ſtantia aſſeuerant quod deorum veſtrorum teſtimonio videtur eſſe contrarium. Dicunt ei pontifices. Iube eos cuſtodire, ne fugiant. Reſpondit dux: Ego non ſolum iubebo illos cuſtodire, ſed & iam vos in cuſtodia eritis vſque in craſtinum, vt rerum exitus doceat, ſi poſſit eorum teſtimonio comprobari. Poſt hæc iudicabitur, quis merito debeat condemnari. Factum eſt autem in craſtinum, iuxta verbum Apoſtolorum, venerunt nuntij, qui miſſi fuerant curſu velociſſimo in dromedis, & nuntiauerunt omnia ita eſſe, ſicut Apoſtoli fuerant proſecuti. Tunc iratus pontificibus dux iuſſit ignem copioſum accendi, vt ibi pontifices præcipitarentur, & omnes qui dei Apoſtolos obfuſcare nitebantur. Apoſtoli autem proſtrauerunt ſe duci, dicentes: Obſecramus domine, ne efficiamur nos cauſa interitus eorum, & qui pro ſalute hominum huc miſſi ſumus vt viuificaremus mortuos, viuentes occidere videamur. Et cum puluerẽ ſuper capita ſua mitterent proſtrati Apoſtoli duci VVarardach, dixit eis dux: Miror vos ita pro his interuenire, qui nihil aliud egerunt per omnes comites meos, & tribunos, ſatrapas, iam & præmia contulerunt ingentia, vt vos incenderent viuos. Dicunt ei Apoſtoli: Diſciplina magiſtri noſtri hanc rem tenet, vt non ſolum malum pro malo non reddat, ſed etiam bona pro malis reſtituat. Hanc ſolam diſtantiam habemus inter nos, & cæteras diſciplinas, quod omnes malum pro malo, omnes q; odientes ſe odio habent. Nos autem diligimus inimicos noſtros, & benefacimus his, qui nos odiunt, & oramus deum pro calumniantibus, & perſequentibus nos. Dux autem dixit eis: Vel hoc me permittite facere, vt omnia bona eorum vobis tradantur. Et cum hæc diceret, iuſſit inquiri quanta eſſet facultas eorum pontificum. Et reſpondentes tabularij fiſci dixerunt: Vnus pontifex, vnam libram auri in vno menſe de fiſco conſequitur. Et computati ſunt pontifices, & inuenti ſunt centũ viginti pontifices, centũ viginti tẽplorũ excepto eo, q põtificatus arcẽ tenebat, q quadruplum cõſequebat in auro, quàm cęteri q inferiores videbant eſſe põtifices. Congregatę ſunt aũt familiæ & veſtes & miniſteria, & aurũ, & argentum, & iu-

Singularis prudentia ducis.

Summa Apoſtolorum clemẽtia et miſericordia.

Matth. 5. Luc. 6. 11 Rhoma. 12.

Maxima ſacrificulorũ gentilium facultates.

& iumenta, & omnia quæ habere poterant, nec poterat dinumerari facultas eorum. Dux aũt applicauit Apostolos ad regem dicens: Audi me rex: Isti dij sunt latentes in energie hominum. Nam hi quos habemus deos timent eos, & nisi iussissent eis, responsa dare non poterant, & ipsa responsa falsa, nihil in se verum habentia protulerũt. Isti autem pontifices eorum dũ dicerent eos aduenas fallentes, quibus non deberet credi, & insisterẽt vt punirent eos, vtrosq; in custodia habui, vt pars quę vera dixerat, remuneraretur, & pars quę fefellerat, puniretur. At vbi omnia eo ordine, quo isti prius dixerant, sunt adimpleta, & vellem eos hoc pati quod illi quos pati laborauerant, isti precibus egerunt, vt penitus nihil paterentur mali. Post hæc autem facultates eorum istis conferri iussi isti autem nihilominus contemnunt, dicentes: Non nobis licet aliquid possidere super terram, quia nostra possessio in cœlis est, quæ est æterna vbi immortalitas regnat, & ideo nulla ratione possumus accipere aurum, aut argentum, aut vestes, aut domos, aut prædia, aut seruos, aut ancillas. Ista enim omnia terrena sunt, & morientem hominem non sequuntur. Quibus cum dicerem, vel aliquantulum accipere, quia pauperes & peregrini estis, dixerunt: Non sumus pauperes, qui diuitias cœlestes habemus. Si vis vt ad salutem animę tuæ proficiat cẽsus, eroga debilibus, eroga tribulantibus, eroga viduis, & orphanis, eroga infirmantibus, libera debitoribus qui à debitoribus exigunt, & quod reddere debeant non debere noscuntur. Eroga publice manum porrigentibus, & omnibus qui his opibus indigent. Nos enim terrenis non egemus.

Matth. 6. Marc. 10. Lucæ. 12.

Apostoli diuitias huius mundi spernunt.

De diuersis Magorum maleficijs. Ca. III.

AVdientes hæc Zaroes & Arsaxar Magi qui cum rege erant quãdo dux hæc regi intimabat, excitati in zelum dixerunt. Isti homines maligni sunt, & contra deos, & contra regnum tuum subtiliter agunt. Nam si vis scire, quia vera sunt q̃ dicimus, nõ prius permittantur loq; nisi prius adorauerint deos tuos, vt merito te credas illis. Si vero non adorauerint deos tuos, ante te domine rex, nihil permittantur loqui. Dicit eis dux: Si ausi estis, habete cum ipsis conflictum, & si viceritis eos, abijciant. Dixerunt Magi

Sicut

1012891